# Actas de los Capítulos provinciales de 1573, 1575, 1577 y 1579 de la Provincia dominicana de España

Ramón HERNÁNDEZ MARTÍN, OP*
*Instituto Histórico Dominicano*
Salamanca

SUMARIO: 5-78 [1-74]: Resumen: 5 [1]. Abstract: 6 [2]. Presentación: 6-7 [2-3]. Siglas, abreviaturas y signos: 7 [3]. Acta del Capítulo Provincial de la Provincia Dominicana de España en el convento de San Pedo Mártir de Toledo en 1573: 8-25 [4-20]. Acta del Capítulo Provincial de 1575: 26-42 [22-38]. Acta del Capítulo Provincial de 1577: 43-60 [39-56].Acta del Capítulo Provincial de 1579: 61-78 [57-74]

RESUMEN: Estas cuatro Actas de Capítulos provinciales, correspondientes al decenio de los años 70 del s. XVI, son los mejores documentos para conocer y escribir la historia de los dominicos de la llamada desde antiguo Provincia dominicana de España. Por ellas desfilan casi todos los dominicos que vivieron en esa Provincia durante esos diez años. En ellas encontramos los nombres de más significación histórica en el mundo universitario, particularmente en torno a la Facultad de Teología de la universidad de Salamanca (Mancio del Corpus Christi, Bartolomé de Medina, Domingo Báñez, el confesor de Sta. Teresa, Pedro Fernández, etc.). Otros (Hernando del Castillo) sobresalieron en el campo de la Historia. Se dan a conocer, también, las diversas facetas de la vida conventual y de las múltiples actividades externas de los frailes en el orden social y eclesiástico.

* Doctor en Teología por la Universidad Santo Tomás-Angelicum (Roma) y Diplomado en Paleografía y Archivística (Vaticano). Catedrático jubilado de la Facultad de Teología San Esteban de Salamanca. Ex-archivero de la Provincia dominicana de España (1975-1996) y de la Orden (1996-2002). Prolífico escritor sobre la Escuela de Salamanca, especialmente sobre su fundador Francisco de Vitoria. Colaborador en Archivo Dominicano desde su aparición (1980). Desde hace años viene publicando en esta revista la edición crítica de las Actas de los Capítulos provinciales de la Provincia de España (ss. XIII-XVI).

Este trabajo fue presentado a Archivo Dominicano en febrero de 2013 y aceptada su publicación en junio del mismo año.

Palabras clave: *formación religiosa e intelectual de los dominicos, grandes misioneros, predicadores populares, teólogos, filósofos; estimación de las obras manuscritas del pasado, organización y renovación de los estudios, vida regular y litúrgica.*

ABSTRACT: These four Provincial Chapters's Acts which are from the XVI century around the year 70, are the best documents to know and write about the history of the Dominicans who belonged to the «Dominican Province of Spain» which was called that way from the beginning. In these documents we can find some names with historical significance which were part of the Faculty of Theology from de Salamanca's University, such as Mancio… Hernando del Castillo stands out in the field of the Dominican's History. These documents deal also with the different aspects of the convent life and the friars multiple activities and social and ecclesiastical order.

Key words: *Intelectual and religious formation of the Dominicans from that period, great missionaries, popular preachers, theologians, philosophers, spiritualists, esteem for the manuscripts work of the past and interest for its publication, organization, and renovation of the studies and the intensification of the regular and liturgical life.*

## Presentación

Presentamos cuatro actas inéditas de capítulos del siglo XVI. Pertenecen a los capitulos provinciales de la llamada desde el siglo XIII «Provincia de España». Como de ordinario su contenido, dentro de su sintética brevedad, abarca múltiples aspectos de la vida conventual, como del movimiento de la mayor parte de los frailes de esa provincia y de sus actividades. Dedican todas ellas una parte importante a las ordenaciones que han de regir la vida conventual y apostólica. Se recuerdan algunas de las observancias antiguas, bien por su importancia en la constitución de la Orden y de los conventos, bien asimismo porque se ha aflojado en su observancia y se cree necesario acentuar su valor como fundamento de la vocavión dominicana.

Se establecen de ordenario otras observancias nuevas, postuladas por la necesaria adaptación a los nuevos tiempos o a las nuevas exigencias sociales y geográficas del apostolado. Se hace particular hincapié en la oración mental y particular silenciosa de cierta amplitud, después de algunos rezos corales del oficio divino. Por lo que se refiere al estudio se atiende a la exigencia de su plena y profunda entrega en la enseñanza y en la discencia, sin aflojar nada en el tiempo de dedicación a esta observancia, ni en la extensión de los cursos, ni en lo que atañe a la aplicación a las diversas asignaturas de carácter humanístico, filosófico y sobre todo teológico. Se tiene especial cuidado en la selección de los estudiantes, que se consideran aptos para su total dedicación al estudio y a la enseñanza. El acceso a los grados dentro de las categorías dominicanas debe seguirse con particular vigilancia. Estos grados son

los de «lector» o profesor ordinario, el denominado con los nombres de «bacaláureo» o «bachiller» o «presentado», y el de «maestro en sagrada teología», que representa el grado supremo de este escalafón entre los dominicos.

En el ministerio apostólico se establecen exámenes frecuentes para los predicadores y confesores. Estos exámenes se han de hacer ante los maestros o bacaláreos asignados para ello, con el debido control de los priores de los conventos. A los que sobresalen en el ministerio de la predicación, esencial en la vocación dominicana, se les concede el título de «predicadores generales». Otras disposiciones también importantes para la vida conventual, y la relación de todos los frailes fallecidos entre capítulo y capítulo, ayudan a conseguir un concepto adecuado de la historia de esta provincia de la Orden de Predicadores en la década del 1570.

## SIGLAS, ABREVIATURAS Y SIGNOS

B = texto del códice de la catedral de Burgos.

R = texto del manuscrito del Archivo Generalicio de la Orden de Predicadores (AGOP) de Roma.

ad. = addit (añade).

a.c. = ante correctionem (antes de la corrección).

antep. = anteponit (antepone).

in marg. = in margine (en el margen).

interlin. = interlineale (interlineal).

om. = omittit (omite).

p.c. = post correctionem (después de la corrección).

/ = inicio de un nuevo folio, que se acusa en el aparato crítico

[ ] = incluye algo personal del editor.

< > = espacio en blanco, que a veces logramos rellenar

: = en el aparato crítico va después del lema.

| = en el aparato crítico va antes de nueva variante de la misma línea.

|| = en el aparato crítico va antes de nuevo lema en la misma línea.

# ACTA DEL CAPÍTULO PROVINCIAL DE LA PROVINCIA DOMINICANA DE ESPAÑA EN EL CONVENTO DE SAN PEDRO MÁRTIR DE TOLEDO EN 1573

## Introducción

Contamos para estas actas con los dos códices manuscritos consabidos: R (del archivo General de Roma) y B (del Archivo de la Catedral de Burgos). Los dos son copias muy cercanas al original. Tomamos como base a R, que tiene las rúbricas autógrafas del P. Provincial allí elegido y de los definidores; es de las copias que tenían que hacer los respresentantes de los conventos para su propia comunidad. La otra está hecha más reposada en casa con las firmas también de los dirigentes del capítulo, pero no autógrafas, sino simuladas.

En el texto de Roma encontramos estas anotaciones previas:

Fol. 177r: Acta Capituli provincialis, Toleti celebrati anno Domini 1573 in conventu Sancti Petri Martyris sub reverendo Patre Fratre Petro Fernández, Magistro.

## 1573

[Con letra del siglo XVIII]: Aquí ya ordenan que el Lector de Teología más antiguo sea Regente. Párrafo *Institutiones.*

El resto del fol. 177r y el fol. 177v están en blanco. El texto empieza, pues, en el fol. 178r.

## [ACTA CAPITULI PROVINCIALIS TOLETI ANNI 1573]

/ † Haec sunt acta Capituli provincialis Toleti celebrati in conventu Sancti Petri Martyris 12 aprilis anno Domini 1573 sub admodum reverendo Patre fratre Petro Fernandez, magistro, electo provinciali et vicario generali. Diffinientibus in eodem capitulo fratre Francisco de Trianos, Priore Toletano; et fratre Ioanne Gallo, magistro; et fratre Bartholomaeo de Medina, magistro; et fratre Ioanne Gutierrez, Praesentato et priore Vallisoletano.

### **1.** Absolutiones

In primis absolvimus omnes suppriores nostrae provinciae, exceptis suppriore Salmanticensi et suppriore Toletano.

Item suppriore Rupis Franciae et suppriore de Villada, quos propter instantem electionem durare volumus donec priores dictorum conventuum sint electi et confirmati et praesentes in conventibus praefatis.

Item absolvimus omnes vicarios et praesidentes conventuum habentium priores sive non habentium a quocumque fuerint instituti.

### **2.** Praesentationes

Exponimus ad legendas *Sententias* pro forma et gradu magisterii inclusive fratrem Hieronymum de Almonazir, praesentatum

1 fol. 178r || † *in margine superiori R* || Toleti *in margine superiori B*
2 Martiris: *R B*
1-2 Toleti-Domini: Toletani in conventu Sancti Petri Martyris, 12 aprilis anno *B*
3-4 electo provinciali-generali: electus in provincialem *B*
4 in eodem capitulo: Reverendis patribus *B*
5-8 fratre-Vallisoletano: *diverso ordine nominum B*
5 Toletano: Sancti Petri Martyris Toletani *B*
6 de Medina: a Medina *B*
7 Praesentato et: *om. B*

**1.**2 In primis: Imprimis *R*
3 exceptis: excepto *B* || suppriore[2]: *om. B*
4 suppriore[2]: *om. B*
6 sint: fuerint *B*

**2.**3 Hieronymum: Iheronimum *B*

et rectorem collegii Complutensis, et fratrem Ferdinandum de Castillo, praesentatum et priorem de Atocha.

Praeterea exponimus ad legendas *Sententias* pro forma et gradu magisterii exclusive fratrem Ioannem de Cuevas, fratrem Thomam de Guzmam, ex collegio Complutensi; fratrem Marcum de Valladares, fratrem Alfonsum de Rojas, fratrem Bernardum de Lerma, fratrem Ioannme Martinez de Trianos, fratrem Augustinum de Sosa, fratrem Alfonsum de Laguna, fratrem Lesmes de Astudillo, priorem Burgensem, Fratrem Martinum de Lunar, priorem de Nieva, fratrem Ioannem Sánchez, priorem de Caceres.

## **3.** Institutiones

Instituimus et damus in vicarium regni Gallaeciae reverendum patrem fratrem Alfonsum de Montalvo, priorem Lucensem, cum ea potestate qua ex nostris constitutionibus et consuetudine eiusmodi vicarii habere solent.

Item instituimus in vicarium nostri conventus Sancti Thomae Abulensis reverendum patrem fratrem Antonium de Arce, praesentatum, cum plena potestate in spiritualibus et temporalibus, qua vicarii in capite ex nostris constitutionibus et consuetudine habere solent; cui praecipimus in virtute Spiritus Sancti et sanctae obedientiae sub praecepto ut intra 15 dies eidem conventui se praesentet et officium exerceat. Sub eodem praecepto / praecipimus omnibus fratribus praedicti conventus ut ei tanquam suo praelato legitimo in omnibus obediant. Interim vero praeficimus in vicarium dicti conventus fratrem Bernardum de Ladrada cum ea potestate quam suppriores habere solent in absentia prioris.

Instituimus et creamus in priorem conventus Matris Dei Complutensis fratrem Gasparem de Aviles cum eadem potestate quam alii priores electi canonice habere solent, cui conventui damus in suppriorem fratrem Andream Juarez.

Instituimus in vicarium novi conventus Sancti Christicrucifixi de Arenillas et de Cisneros fratrem Petrum de Soto sub titulo

4 de: del *B*
8-9 Valladares: Balladares *B*

**3.**2 Gallaeciae: Gallaziae *R* | Galiziae *B* || reverendum patrem: *om. B*
5 vicarii: vicariis *B*
12 fol. 178v

prioris, quem propter instantem causam absolvimus ab officio prioratus conventus de Villada.

In suppriorem conventus Compostellani damus fratrem Alphonsum Rodriguez, ex convenu Metinensi; in suppriorem Sancti Pauli Burgensis fratrem Ioannem de Lerma ex conventu de Trianos; in suppriorem Sancti Dominici de Valentia fratrem Franciscum de Balbuena ex eodem conventu; in suppriorem Sancti Dominici de Ocaña fratrem Antonium Lozano; in suppriorem de Sangüesa fratrem Marcum de Betolaza ex convetu de Estella; in suppriorem conventus de Palazios fratrem Dominicum Gomez, ex eodem conventu; in suppriorem Talabricensem fratrem Ioannem Baptista, ex eodem conventu; in suppriorem de Mombeltran fratrem Thomam de Sancto Petro, ex conventu de Atocha; in suppriorem de Pontevedra fratrem Laurentium de Palenzuela, ex conventu de Valencia; in suppriorem de Pamplona fratrem Michäelem de Aguirre ex conventu Toletano; in suppriorem de Vivero fratrem Franciscum Ruiz, ex conventu de Nieva, cui conventui de Vivero assignamus fratrem Petrum de Pravia, ex conventu de Astorga ad disserendum de casibus conscientiae; in suppriorem de Sancto Sebastiano fratrem Martinum de Sancto Petro ex eodem conventu; in supriorem de Villalon fratrem Andream de Medina ex conventu Vallisoletano; in supriorem conventus Cruniensis fratrem Antonium de Aguilar, ex conventu de Tordesillas.

Instituimus in vicarium sub titulo prioris novi conventus de Villalpando fratrem Dominicum de Sancto Illephonso, ex conventu Vallisoletano, damusque in praedicatorem praefato convetui de Villalpando fratrem Antonium de Grijalva; / instituimus fratrem Didacum de Alderete in vicarium conventus de Soria, cui etiam damus in praedicatorem; fratrem Thomam de Melgar, ex conventu de Aranda; instituimus in vicarium conventus Sancti Pauli Conquensis sub titulo prioris fratrem Ludovicum de Varrientos ex conventu Salmantino; in conventu de Sancto Babilas fratrem Antonium de Villa Gomez; in conventu Sancti Petri de la

31 Estella: Stella *R B*
32 Dominicum: Dominici *B*
48 damusque: etiam damus *B*
49 fol. 179r
51 praedicatorem: multi hic filii Sancti Stefani *in marg. sin. littera saec. XVIII*
53 Conquensis: Chonchensis *R*
54 Babilas: Vabiles *B*

Tarze fratrem Dominicum de Azevedo, ex conventu Sancti Petri Dominarum; in conventu de las Navas fratrem Franciscum Velez; in conventu de Quintanilla fratrem Laurentium de Sepulveda; in conventu de Bilbao fratrem Petrum de Vitoria, ex conventu Civitatensi; in suppriorem de Stella fratrem Michaelem de Arraioz, ex conventu de Sangüesa; in conventu de Vetanzos, fratrem Hieronymum de Azpeitia; in conventu de Panton fratrem Vincentium Maldonado; in conventu Emeritensi fratrem Ioannem de Sancto Petro, ex eodem conventu; in conventu de S. Julian fratrem Andream de Lezana ex conventu Rupis Franciae.

Instituimus in suppriorem de Tudela fratrem Martinum de Sena; item in suppriorem Sancti Dominici Zamorensis fratrem Ioannem de Robledo, ex eodem conventu; instituimus et damus in praedicatorem conventus Sancti Petri Martyris Toletani fratrem Antonium de Navarro, priorem Victoriensem, quem propter eam causam absolvimus ab officio prioratus et dicto conventui Sancti Petri Martyris assignamus; suppriorem vero dicti conventus Victoriensis in officio manere volumus.

Item instituimus in regentes et lectores studiorum nostrae provintiae eos patres, qui nunc a patre nostro provinciali praecedenti assignati reperiuntur, declarantes antiquiorem in ordine titulo et officio regentis uti debere, nisi alius gradu magisterii vel praesentaturae praecedat. Nullus autem deinceps Theologiae lector insituatur, nisi a patre nostro provinciali designatus vel approbatus fuerit; praedictis autem lectoribus sub poena privationis ab officio praecipimus ut *Summam* Sancti Thomae inter se ita distribuant et studiose legant quod intra quatuor annos auditores eam integre audiant, de qua re specialem rationem exigat pater noster provincialis, cum ad visitandum accesserit.

56 Tarze: Tarza *B*
57 Dominarum: de las Dueñas *B*
61 Hieronymum de Azpeitia: Hieronimum de Azpetia *R* | Iheronimum Azpe-quia *B*
67 Zamorensis: a Çamoriensis [*sic*] *B*
69 conventus : *om. B*
76 declarantes: nota haec *add. in marg. sin. cum littera saec. XVIII*
81 Sancti: Divi *B*

**4.** / Confessores monialium

In conventu Sancti Dominici Regalis Toletano fratrem Bernardinum de Angulo, fratrem Ioannem de Moraga et fratrem Augustinum Marin, ex conventu de Caleruega. Pro conventu Matris Dei Toletano fratrem Ioannem de Zepeda, ex conventu de Galisteo; fratrem Ioannem Carreño, ex conventu Vallisoletano. Pro conventu Sancti Dominici Regalis de Madrid fratrem Augustinum Perez, fratrem Rodericum de Burgos et fratrem Bartholomaeum de Truxillo. Pro conventu de Belmonte fratrem Ludovicum de la Ascensión et fratrem Petrum de Ledesma. Pro conventu de Cifuentes fratrem Didacum de Sancto Augustino, et fratrem Dominicum de Aguilera. Pro conventu Santae Mariae Regalis Metinensis fratrem Ioannem de Ledesma, ex conventu Civitatensi et fratrem Martinum de Sanctis, ex conventu de Caleruega. Pro conventu de Sancto Cypriano fratrem Petrum de Salazar et fratrem Alphonsum de Oviedo. Pro conventu Benaventano fratrem Sebastianum de Tordesillas et fratrem Didacum del Valle. Pro conventu de la Casa de la Reina fratrem Franciscum Ramírez et fratrem Christophorum de Sancto Domingo. Pro conventu de Quejana fratrem Thomam de Sancta Maria, ex conventu de Lequeitio; fratrem Petrum de Maniaria et fratrem Petrum de Aguirre, ex conventu de Logroño. Pro conventu de Sancto Sebastiano fratrem Ioannem de Salvatierra in confessorem, et fratrem Ioannem Gazaga in curam. Pro conventu de Vilbao fratrem Michaelem Ordas. Pro conventu de Olmedo fratrem Ludovicum de Saldaña in vicarium et confessorem. Pro conventu de Caleruega fratrem Paulum de Sancto Andrea et fratrem Michäelem de Arribas. Pro conventu de Aldeanueva in vicarium fratrem Santium de Zarain, fratrem Sebastianum Vazquez et fratrem Ioannem Millan in confessores.

Quibus omnibus iniungimus in virtute Spiritus Sancti et Sanctae obedientiae sub praecepto ut intra mensem a notitia praesentium conventibus quibus assignati sunt se praesentent et officium

**4.**1 fol. 179v
3 Marin: Marinus *B*
5 Galisteo: et *add. B*
10 Cifuentes: Zifuentes *R* | Çifuentes *B*
16 Benaventano: Venaventano *R B*
17 Reina: Reyna *B*
18 fratrem: *om. B*
19 Quejana: Quexana *B*
20 Lequeitio: Lequetio *R*
27 Arribas: Ribas *B*
28 de Zarain: Çerrain *B*

suum exerceant. Confessoribus vero qui in praecedenti capitulo fuerunt assignati ad conventus in quibus assignati sunt, revertantur intra idem tempus sub eodem praecepto. Sub quo etiam praecepto praecipimus omnibus, / qui in his actis ad aliquod officium instituti sunt vel conventibus assignati ut intra idem tempus ad praefatos conventus perveniant. Qui vero a praefatis officiis revocantur continuo atque successores advenerint intra idem tempus ad conventus quibus erant assignati redire teneantur.

## **5.** Ordinationes

Prima. Ordinationum multitudinem vitare cupientes praecipmus omnibus prioribus et praesidentibus conventuum nostrae provinciae sub poena absolutionis ab officio, ut, intra mensem a reditu praesentis capituli, nostras constitutiones in communi mensa legi faciant et, quae per oblivionem sive negligentiam exciderint, omni studio restituant; scientes a reverendo patri nostro provinciali futurae visitationis tempore de omnibus rationem exigendam esse; cuius conscientiam super hoc, quantum in Domino possumus, oneramus, ut abusus regulari disciplinae contrarios, qui iam praevalere incipiunt, paenitus evellantur, praecipue vero circa abstinentiam a carnibus, quam omnibus conventibus, quoad fieri poterit, restitui mandamus.

Circa vestiri quoque moderationem, ut paupertatem potius quam curiositatem referant. Ut autem lineorum usus omnino interdicatur tenore praesentium revocamus omnes licentias hactenus concessas utendi lineis, prohibentes ne priores vel inferiores praelati deinceps generales huiusmodi licentias concedere possint. Solum autem ob gravem necessitatem et in scriptis a patre nostro provinciali concedantur. Tunicas vero lineas, quas apud se quisquam retinet, ex nunc applicatas esse decernimus communi usui. Et, si post harum publicationem quisquam retinuerit proprietatis crimen se noverit incurrisse.

34 fuerunt assignati: assignati fuerint *B*
36 fol. 180r

**5.**2 Prima: *in marg. sin. R* | *om. B*
13 poterit: poteri *R*
14 Circa vestiri: et vestium *B*
15 lineorum usus: in eorum usus *B*

Secunda. Ut obedientia, quae religionis fundamentum est, ab omnibus integre servetur, patrem nostrum provincialem obsecramus ut, non solum quae in praesenti capitulo fuerint constituta, firma esse studeat, verum quae pro tempore facienda praecipit, non facile revocet. Sed quantum possibile fuerit executioni mandentur. Ut vero subditi a suis etiam praelatis discant obedientiam, omnibus prioribus et praesidentibus conventuum praecipimus, ut fratres a superioribus ad suos conventus destinatos benigne recipiant nec ullo modo ad superiores praelatos remittant aut recurrendi licentiam etiam subditis petentibus concedant. Sed, cum opus fuerit per litteras / patri provintiali causas reddant. Interea tamen assignati fratres in conventibus sicut alii habeantur, et priores qui contra fecerint in poena a suis officiis absolvantur.

Tertia. Quoniam praetextu generalium facultatum paupertatis splendor obscurari solet, omnes generales licentias recipiendi vel retinendi aut expendendi pecunias quibuscumque fratribus nostrae provinciae hactenus concessas, tenore praesentium revocamus. Huiusmodi vero licentias generales deinceps nemini concedantur.

Singuli autem fratres, cum ad conventum assignati devenerint, suo praelato libros et quaecumque alia sibi ad usum permissa manifestare teneantur. Et quaecumque in potestate saecularium habuerint ad conventum quancitius deferant. Quod etiam ab omnibus aliis faciendum est cum ex itinere ad proprios conventus redierint. Nullus, nec etiam praelatus, extra commune depositum pecunias ultra diem naturalem apud se retineat.

Teneantur quoque fratres, qui pecunias pro dicendis missis acceperint non tantum pecuniae summam, sed numerum quoque missarum praelato indicare, ne debita in his contrahant quae facile non possint exolvere. Si quis autem contra seriem huiusmodi ordinationis fecerit, violatae paupertatis se reum esse intelligat.

Quarta. Liber peculiaris in quolibet conventu habeatur, in quo singulorum fratrum conscribantur deposita, qui tempore visitationis

24 Secunda: *in marg, sin. R* | *om. B*
26 quae in: hoc *add. B* || constituta: instituta *B*
27 praecepit: praeceperit *B*
34 fol. 180v || reddant: redeant *B* || causas: causam *B* || tamen: tum *B*
37 Tertia: *om. B* || Quoniam: Qui *B*
46 redierint: reddierint *R*
47 extra commune depositum: extra commune depositu *R* | extra communem depositum *B* || pecunias: pecuniam *B*
50 non tantum: non solum *B*
54 Quarta: *om. B*

patri provinciali aut visitatoribus exhibendus est. Quod, si constiterit per longum tempus aliquos pecuniam reservare, eam vel conventui applicentur aut in usus magis indigentium convertant.

De necessariis vestibus tam recedentibus fratribus quam in conventu manentibus praelati sine molestia et dilatione provideant, sic tamen ut iis qui aliunde habuerint non teneantur conferre cum necesitati non cupiditati consulendum sit. Pro vestibus autem necessariis pecunias conferri a praelatis etiam ad petitionem ipsorum fratrum omnino prohibemus.

Quinta. Quantum referat novitios recte institui, non tam constitutionibus nostris, quam experientia comperimus quod in aliquibus conventibus fieri non potest. Ideo prohibemus ne de caetero novitii recipiantur in conventibus ubi non fuerit domus novitiorum, in qua / novitii cum magistro separatim manere possint, et priores, qui in hoc deliquerint a superiori praelato severe corripiantur.

Sexta. Confessorum et praedicatorum ignorantiam plurima incommoda populo christiano et nostrae religionis contemptum attullisse conspicimus, cui malo occurrere volentes, committimus patri nostro provinciali, ut, quam citius poterit, per nostrae provinciae partes, iuxta quod in deffinitorio consitutum est, examinatores mittat viros habentes zelum Dei secundum scientiam, qui omnes confessores et praedicatores nostrae provinciae examinare teneantur, exceptis his, qui vel prioratus officium aliquando obtinuerunt vel publico testimonio sunt probati, ut generales praedicatores aut lectores Theologiae.

A die autem quo dicti examinatores conventum aliquem intraverint ad exequendum praedictum officium, omnes pristinae licentiae confessorum et praedicatorum illius conventus, quos examinare debent, revocatae censeantur. Ipsis autem examinatoribus praecipimus in virtute Spiritus Sancti et Sanctae obedientiae sub praecepto, ut confessores diligenter et fideliter examinent non solum in morali scientia, verum in prudentia; praedicatores vero et in modo concionandi et Sacrarum Litterarum studio, assignantes eis aliquem peculiarem locum quem intra unum diem ex sanctorum patrum doctrina coram ipsis explicent.

60 sine: absque *B* || dilatione: dilatatione *B*
65 institui: instituere *B*
69 fol.181r
81-82 intraverint: ingressi fuerint *B*
87 verum: verum et *B*
88 et in modo: de modo *B*

Sub eodem etiam praecepto ipsis mandamus ne litterae approbationis examinatis ante discessum reddantur, sed praelato, ut post eorum recessum ipsis fratribus examinatis conferantur. Quod vero semel scripserint amplius extendere non possint. Interea vero confessores et praedicatores more nostrae provinciae examinentur utroque examinatore simul astante.

Septima. Ad cavendos inutiles fratrum discursus, prohibemus ne priores vel alii praesidentes licentiam possint concedere ultra dietam procedendi, neque permittant equitare qui valuerint pedestres incedere, praesertim cum ad praedicationis officium exierint. Statim vero ut ad conventum aliquis frater accesserit, teneatur ostiarius vel hospitio praefectus sub poena gravis culpae litteras testimoniales ab eo petere, et eas praelato prius ostendere; epistolas quoque fratribus missas nemo illis privatim reddat, sed praelato, ut ab eo prius legantur; similiter et quae ab ipsis fratribus mittuntur.

Ne sancta patrum nostrorum institutio in desuetudinem abire permittamus, praecipimus in virtute Spiritus Sancti et sanctae obedientiae, sub praecepto omnibus praesidentibus nostrorum conventuum, ut, cum aliquis frater obierit, cuius bona inter illum conventum et alium sint dividenda, libri et alia omnia, praesertim vero manuscripta / a praelato coram duobus patribus dicti conventus fideliter conscribantur, subscriptis nominibus ipsorum fratrum, ut aequa sorte fiat divisio; sub quo etiam praecepto mandamus omnibus fratribus ne scripta vel lecturas aut sermones fratrum nostrorum saecularibus vendant aut accepto pretio pro ipsis describant.

## **6.** Confirmationes

Confirmamus electionem factam in conventu Sancti Petri Martyris de Rio Seco, cui praeficimus in priorem fratrem Vincentium Lopez, absolventes eum ab officio prioratus conventus Rupis Franciae.

Item confirmamus omnes ordinationes factas a reverendo patre nostro provinciali praecedenti vel visitatoribus ab eo missis in proximis visitationibus conventuum, praecipientes in virtute Spiritus Sancti et sanctae obedientiae sub praecepto omnibus tam fratribus quam sororibus, ad quos pertinent, ut formalia praecepta ab

103 prius: *om. B*
111 fol. 181v
114 lecturas: lecturae *B*

ipsis in visitatione posita, usque ad sequentem visitationem observent. Reliquae vero ordinationes iuxta earum tenorem suum robur obtineant.

Item confirmamus antiquam provinciae huius ordinationem, ut nullus prior eligatur in priorem alterius conventus antequam duos annos sui prioratus expleverit, neque supprior sive regentes aut lectores in eodem conventu eligantur in praelatos. Quod, si secus factum fuerit, electio irrita censeatur.

Item quod nullus accipiatur ad habitum clericorum, qui non sit ita grammaticae peritus, ut possit statim ad studium artium sufficienter admitti.

Item quod magister novitiorum instar supprioris de consilio patrum eligatur et in numerum patrum a consiliis computetur.

Item confirmamus antiquum morem huius provinciae, praecipientes in virtute Spiritus Sancti et sanctae obedientiae sub praecepto, ut nullus caellam alterius ingrediatur, ipso vel alio fratre intra cellam existente, excepta cella prioris quoad omnes et magistri novitiorum quoad sibi subditos. Excipiuntur etiam cellae magistrorum in Theologia et illorum qui officio provincialatus in nostra provincia fuerint perfuncti, in quarum cellas ingredi poterunt omnes, nisi a signo, quod fit post completorium usque ad primam sequentis diluculi. Interdicimus autem praelatis ne cum aliquibus generaliter in hoc dispensent, neque etiam cum supprioribus ut in eorum cellas post completorium, cum in sero dicitur, prioribus in conventu manentibus; revocantes omnes huiusmodi licentias hactenus concessas.

Item illam ne suppriores per duo capitula continua absoluti instituantur in eodem conventu, / extendentes etiam illam ad vicarios, quos nolumus iterum institui post duas continuas absolutiones.

Item confirmamus illam qua sub praecepto cavetur ne quis sine expressa licentia patris nostri provincialis regiam curiam ingrediatur.

**6.**19 quod: *om. B*
26-27 intra cellam: *om. B*
34 cum in sero dicitur: cum sero dicuntur *B*
37 illam: ut illum morem *B*
38 fol. 182r
40 illam qua: illam morem quo *B*
41 nostri: *om. B*

Item sub poena gravioris culpae praecipimus ut in civitatibus et oppidis, ubi conventum habemus, nemo extra conventum dormire praesumat nec licentia sine gravi necessitate alicui contra faciendi concedatur.

Praeterea, ut in electionibus aequa sit omnium conditio, si quando priori alicui seu praesidenti visum fuerit ut sub praecepto interdicat ne quis de electione loquatur, in virtute Spiritus Sancti et sanctae obedientiae priori seu praesidenti eiusmodi praecipimus ne ipsi de electione toto illo tempore loquantur, quo aliis illud prohibent.

## **7.** Acceptationes

Acceptamus imprimis acta capituli generalis proxime celebrati Romae anno 1571.

Item acceptamus conventum Sancti Dominici de Betanzos, conventum Sancti Saturnini, conventum Sancti Dominici de Soria, conventum Sancti Dominici de Villalpando, conventum Sanctae Mariae de Panton, conventum Sancti Andreae Emeritensis, conventum Sancti Crucifixi de Arenillas et de Cisneros, conventum Matris Dei Complutensis.

Item conventum seu monasterium beatarum Sanctae Catherinae de Villamaior.

Quos omnes conventus patri diffinitori capituli generalis committimus ut nomine provinciae petat ut in numero conventuum Ordinis acceptentur et incorporentur.

Acceptamus breve Sancti Pauli Burgensis pro gradibus accipiendis in eodem conventu.

45 necessitate: necessitati *R*
50 eiusmodi: Huiusmodi *B*

**7.**2 In primis: Imprimis *R*
4 conventum: domum *B* || Betanzos: Vetanzos *R* | Betanços. Item *B*
5-7 conventum-Emeritensis: *add.* Item, *sed om. verbum* conventum *B*
8 et de Cisneros: *om. B*
10 seu monasterium: *om. B*

## **8.** Commissiones

Praedicationis officium et egregios nostrae provinciae praedicatores speciali favore prosequi desiderantes, committimus reverendo patri diffinitori capituli generalis ut nostro et provintiae nomine petat a reverendissimo patre nostro generali et diffinitoribus eiusdem capituli quod praedicatores generales nostrae provinciae, qui laudabiliter praedicationis officium exercent in conventibus ubi actu praedicant, locum super omnes fratres, infra Praesentatos, obtineant iuxta formam a proximo capitulo provinciali constituendam.

## **9.** Nomina defunctorum

Ex conventu Toletano frater Gaspar de los Reies, Praesentatus; frater Martinus de Zarate, Praedicator Generalis; frater Alphonsus Caizedo, sacerdos et pater antiquus; frater Ioannes de Sancta Marta, sacerdos et pater antiquus; frater Ioannes de Sancto Mathia, sacerdos et pater antiquus; frater Ioannes de Grao, / frater Andreas de Arratia, sacerdos et pater antiquus; frater Antonius de Victoria, sacerdos et pater antiquus; frater Ioannes de Chaves, diaconus; frater Ioannes de Zieza, laicus; frater Iordanus de Corpore Christi, laicus; frater Paulus de Sancta Maria, laicus.

Ex conventu Sanctae Crucis de Segoviensis frater Philippus de Meneses, Magister et Prior conventus; frater Hieronymus de Aragonia, Praesentatus; frater Didacus de Orozco, Praesentatus; frater Ludovicus del Castillo, Praesentatus.

Ex conventu Burgensi; frater Antonius de la Magdalena, sacerdos, pater antiquus; frater Ioannes de Avendaño, sacerdos et pater antiquus.

**8.**6 eiusdem: eius de *B*
7 laudaliter: laudabilis *B*
8 actu: actenus *B* || super: supra *B*

**9.**2 Ex: In *B; sic in tota sectione 9* || Toletano: obiit *add. B* || Reies: Reyes *B*
5-6 frater-antiquus: *om. B*
6 frater-Grao *om. B* || fol. 182v
11 Segoviensi: de Segovia *B; sed R addit in marg. sin.* «Nota hos egregios viros» *in littera saec. XVIII*
12-13 Hieronymus: *semper* Hieronimus *in R, et* Iheronimus *in B* || Aragonia: coragonia *B*
15 Ex conventu Burgensi: In conventu Sancti Pauli Burgensis *B*
16 Ioannes: Gabriel *B*

Ex conventu Vallisoletano frater Ambrosius de la Serna, Praesentatus; frater Thomas Perez, sacerdos et pater antiquus; frater Franciscus de Dueñas, sacerdos et pater antiquus; frater Franciscus Cartagena, sacerdos; frater Reginaldus Mendez, laicus; frater Alphonsus de Salamanca, laicus; frater Didacus de Miranda, laicus; frater Illephonsus de Sancto Dominico, laicus.

Ex conventu Sancti Iacobi de Pamplona frater Beltrandus de Sancto Stephano, Praedicator Generalis; frater Franciscus de Aiaz, sacerdos et pater antiquus; frater Petrus de Ayam, sacerdos et Pater antiquus.

Ex conventu Taurensi frater Andreas de Castro Nuño, Praedicator Generalis; frater Ferdinandus de Miranda, sacerdos et pater antiquus.

Ex conventu de Nieva frater Bernardus de Nieva, Praesentatus; frater Franciscus de Nieva, sacerdos et pater antiquus; frater Dominicus de Caleruega, laicus; frater Francicus de Sancta Maria, laicus.

Ex conventu de Villalon frater Franciscus Cabeza, sacerdos et pater antiquus; frater Martinus de Cobarrubias, sacerdos.

Ex conventu de Piedrahita obiit Romae admodum reverendus pater frater Thomas Manrique, Magister Sacri Palatii; in conventu frater Iordanus Baptista, Praedicator Generalis.

Ex conventu de Villaescusa frater Marcus Lozano, sacerdos et pater antiquus; frater Alphonsus Ramirez, sacerdos et Pater Antiquus; frater Petrus de Miranda, sacerdos et pater antiquus; frater Blasius de Sancto Dominico, laicus.

Ex conventu de Oviedo frater Petrus del Carpio, sacerdos et pater antiquus.

/ Ex conventu de Tordesillas frater Dominicus del Corral, sacerdos; frater Ioannes Perez, accolitus.

Ex convetu Palentino frater Thomas de Sancta Maria, sacerdos et pater antiquus; frater Ioannes de Tablares, sacerdos.

19 Thomas-sacerdos et pater antiquus: Thomas-Praesentatus *B*
21 Mendez: *om. B*
26 Aiaz: Asanz *B*
29-30 et pater antiquus: *om. B*
37 Palatii: *in marg. sin. cum littera saec. XVIII* «Nota istum insignem et nobilissimum virum» *add. R*
39 Villaescusa: Villa Excusa *R* | Villascusa *B*.
44 antiquus: *confusam notam in marg. inferiori add. R*
45 fol. 183r

Ex conventu de Peñafiel frater Ioannes de San Millan, sacerdos et pater antiquus; frater Franciscus de Gallegus, sacerdos.

Ex conventu de Trianos frater Antonius de Sancto Petro, sacerdos; frater Sebastianus Martinez, sacerdos; frater Didacus Perez, acolitus.

Ex conventu Sancti Dominici de Valentia frater Ferdinandus de Leon, sacerdos et pater antiquus.

Ex conventu de Vivero frater Christophorus de Segovia, sacerdos et pater antiquus; frater Ioannes de Herrera, sacerdos et pater antiquus; frater Marcus Trezeño, sacerdos; frater Gaspar de Santiago, laicus.

Ex conventu Civitatensi frater Ioannes de Salvatierra, sacerdos et pater antiquus; frater Ioannes Berrio, sacerdos; frater Bernardus Fernández, sacerdos.

Ex conventu Placentino frater Didacus de Almaguer, prior conventus; frater Thomas de Burgos, Supprior conventus.

Ex conventu de la Vera frater Didacus Ortiz, diaconus.

Ex conventu de Madrid frater Garsias de Falzes, sacerdos, sacerdos.

Ex conventu de Rioseco frater Petrus de Sancto Paulo, laicus.

Ex conventu Sancti Petri Dominarum frater Georgius de Pedraza, sacerdos et pater antiquus; frater Petrus de Torrijos, laicus.

Ex conventu Salmantino frater Didacus Ruiz, prior conventus; frater Garsias de Astudillo, sacerdos et pater antiquus; frater Alphonsus Calderon, sacerdos et pater antiquus; frater Petrus de Alvarado, sacerdos; frater Antonius Martinez, sacerdos; frater Ioannes de la Cruz, sacerdos; frater Didacus Solano, sacerdos; frater Gaspar de Angulo, sacerdos; frater Hieronymus Enriquez, sacerdos; frater Sebastianus de Rutia, sacerdos; frater Ioannes Dimas, sacerdos; frater Benedictus de la Magdalena, laicus.

Ex convetu de Sangüesa frater Didacus de Santa Maria, sacerdos.

Ex conventu de Carboneras frater Didacus de Vinasper, prior conventus; frater Petrus de Olmeda, sacerdos et pater antiquus;

49 San Millan: Samillan *R* | San Millan *B* || de Gallegus: de Guillemo [*sic*] *B*
57 Herrera: Errera *R* | Herrera *B*
61 Berrio: Berio *B*
63 Almaguer: *in marg. sin. cum littera saec. XVIII* «hijo de San Esteban» *add. R* || prior: eius *add. B*
64 supprior: conventus *om. B*
71 prior conventus: *in marg. sin. cum littera saec. XVIII* «varon muy virtuoso» *add. R*
78 laicus: *in marg. sin. cum littera saec. XVIII* «muy santo» *add. R*

frater Ioannes de Viana, sacerdos et pater antiquus; frater Petrus de Escudero, sacerdos.

Ex conventu de Astorga frater Ioannes de Granda, Praesentatus et Prior / conventus; frater Michael de Almaguer, sacerdos et pater antiqus, frater Hironymus de la cruz, sacerdos; frater Dominicus de Santa Maria, laicus.

Ex conventu de Tudela frater Martinus Stephanus, sacerdos; frater Leo de Lete, sacerdos.

Ex collegio Vallisoletano Frater Chrisostomus Dalva, laicus.

Ex conventu de Truxillo Frater Antonius de Bracamonte, prior conventus; frater Michael Garcia, supprior; frater Ludovicus Solis, sacerdos; frater Michael Gomez, acolitus.

Ex conventu de Saelizes frater Petrus Martir, sacerdos et prior conventus; frater Franciscus de Valencia, sacerdos et pater antiquus; quidam novitius.

Ex conventu Abulensi frater Thomas dela Magdalena, sacerdos et pater antiquus.

Ex conventu de Victoria frater Antonius de Bilbao, sacerdos et pater antiquus; quidam novitius et quidaam donatus.

Ex conventu de la Peña de Francia frater Laurentius de Sancto Dominico, sacerdos et pater antiquus.

Ex conventu de Pontevedra frater Petrus de la Camera, sacerdos.

Ex conventu de Galisteo frater Dominicus de la Peña, sacerdos et pater antiquus; frater Ioannes Gutierrez, acolitus.

Ex conventu de Hita frater Stephanus de Zarate, Praesentatus et prior conventus; frater Augustinus de Zigales, sacerdos et pater antiquus.

Ex conventu de Logroño frater Didacus de los Angeles, laicus.

Ex conventu de Medina frater Antonius de Medina, sacerdos et pater antiquus; frater Christoporus de Almeida, sacerdos.

In conventu de Mombeltran frater Dionysius del Inojal, sacerdos.

Ex conventu de Aranda frater Antonius Hernandez, sacerdos.

82 de Viana: de Maria *B*
85 fol. 183v || conventus: *om. B*
90 Dalva: Dalba *B*
91 Bracamonte: Brahamonte *B* | *in marg. sin. cum littera saec. XVIII* «hijo de San Esteban» *add. R*
99 Bilbao: Vilbao *R B*
105 acolitus: acoliti *B*
106 Hita: Era, *sed corrigit cum nomine* Ita *interl. alia manu B*
111 Almeida: Aymeyda *B*
112 Mombeltran: Monveltran *R* | Monbeltran *B*

### **10.** Suffragia pro vivis

Pro Sanctissimo Domino Nostro Gregorio13 et felici statu Sanctae Romanae Ecclesiae, quilibet conventus unam missam.

Pro Catholico et Invictisimo Rege Nostro Phylippo, praeter quotidianas preces, quas in singulis conventibus fieri mandamus, quilibet sacerdos unam missam.

Pro Catholica magestate Reginae nostrae et serenissima principe Portugalliae, quilibet conventus unam missam.

Pro Clarissima civitate Toletana, quae nostrum capitulum / humanissime suscepit quotidiana frequentia decoravit, et copiosis eleemosinis adiuvit, quilibet sacerdos unam missam.

Pro alma Ecclesia Toletana et perquam Illustri Gubernatore, quae copiosam eleemosinam contulit, quilibet conventus unam missam.

Pro Excelentissimis ducibus Albanis, praecipuis nostrae provinciae benefactoribus, qui et magnam eleemosinam nostro capitulo transmiserunt, quilibet conventus unam missam.

Pro illustri admodum Comitisa de Zifuentes huius conventus benefactrice et pro omnibus benefactoribus nostrae provinciae et specialiter pro his qui huic capitulo eleemosinam contulerunt, quilibet sacerdos unam missam.

### **11.** Pro defunctis

Pro anima sanctissimi domini nostri Pii quinti, qui cum magna totius Ecclesiae utilitate et nostri Ordinis splendore superiori anno vitae cursum feliciter consummavit, quilibet sacerdos unam missam.

Pro fratribus et sororibus defunctis nostrae provinciae a praecedenti capitulo, quilibet sacerdos unam missam.

**10.**2 13: Papa 13 *B*
4 et: *om. B* || praeter: et propter *B*
6 sacerdos: *post correctionem verbi* conventus *R*
7-8 Principe: Princesa *B* || Portugaliae: cum prole regia *add. B*
9 fol. 184r
10 suscepit: et *add. B* || decoravit: decorabit *B*
11 adiuvit: adiubit *B*
16 qui: quae *B*
19 omnibus: eius *B*
20 specialiter: expeciali *B*

**11.**1 PRO: SUFFRAGIA *antep. B*

[**12.** Aliae determinationes]

Sententias iudicum approbamus et sequens capitulum assignamus ad conventum Sancti Pauli Palentini, celebrandum dominica *Deus qui errantibus* anni 1575.

Autoritatem nostram usque in secundam feriam inclusive reservamus. Deinceps eam reverendo patri nostro provinciali electo commitimus.

Concedit admodum reverendus pater noster provicialis electus omnibus fratribus et sororibus nostrae provintiae quod alias expositum confessorem, semel tantum, eligere valeant et ab eodem de praeteritis casibus peccatis, excessibus, censuris usque ad notitiam praesentium, absolvi possint a quibus sua paternitas potest absolvere.

Mandamus in virtute Spiritus Sancti, sanctae obedientiae, sub praecepto, omnibus sociis conventuum et praesidentibus non habentibus socios ut acta eius capituli fideliter describant et nostris nominibus / subscripta ad suos conventus deferant et intra tres dies postquam ad illos pervenerint in communi legi faciant in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

13. [Suscriptiones autographicae]

Frater Petrus Fernandez, vicarius generalis
Frater Franciscus de Trianos, diffinitor
Frater Ioannes Gallus, diffinitor
Frater Ioannes Gutierrez, prior et diffinitor
Frater Bartholomaeus de Medina, diffinitor.

**12.**6 provinciali electo *om. B*
10 tantum: *post aliquam correctionem B*
15 eius: huius *B* || describant: scribant *B*
16 fol. 184v
17 ad illos: ad suos *B*
18 Amen: Expliciunt acta capituli provincialis *B*

## ACTA DEL CAPÍTULO PROVINCIAL DE 1575

### Introducción

Como en las actas precedentes, de 1573, también en éstas de 1575, tenemos delante los dos consabidos códices: El R (del Archivo Generalicio de Santa Sabina de Roma) y el B (del Archivo de la Catedral de Burgos). Los dos códices son de muy estimado valor. El R tiene las firmas autógrafas del P. Provincial y de los definidores capitulares; es considerado como un texto del mismo valor que el original; pues se trata de una de las copias que debía hacer cada prior en el mismo lugar del capítulo, y ser corroborada entonces mismo por las máximas autoridades capitulares. El R es una copia muy poco posterior, para conservarla en el Libro Oficial del Convento, que conserva piezas referentes a los capítulos generales, cartas de los Maestros de la Orden y las Actas de los Capítulos provinciales, o las ordenaciones y asuntos más ligados al propio convento; las firmas de las autoridades capitulares no son aquí autógrafas, sino simuladas o como garantes de las autoridades que los presidieron. Por eso la base será el códice romano (R), haciendo constar en el aparato crítico las variantes.

Todas las actas son importantes y necesarias para precisar bien el estado de la Provincia y de la Orden, y las disposiciones para el futuro, al menos el inmediato. En estas actas se hace destacar el valor de los grandes Maestros de los inicios de la Escuela Teológica de Salamanca: Francisco de Vitoria, Domingo de Soto y Melchor Cano. Se ordena recoger los escritos y apuntes de clases de estos maestros, y presentar el material recogido al P. Provincial, para que éste encargue a personas competentes su ordenación definitiva, y se puedan entregar a la imprenta. Se precisa también en estas actas una gran exigencia en la recepción de los jóvenes, y en la formación de éstos para la enseñanza y para los ministerios de la predicación y de la confesión. Los admitidos para la vida clerical deben conocer bien la gramática, para enfrentarse directamente con la lectura de los textos escolares y la audición inteligente de los profesores en las aulas. Los superiores deben seguir el curso de su comportamiento en los estudios, para saber destinar a cada uno a aquello para lo que está más capacitado.

## [ACTA CAPITULI PROVINCIALIS PALENTIAE ANNI 1575]

/ † HAEC SUNT ACTA CAPITULI PROVINCIALIS PROVINCIAE HISPANIAE ORDINIS PRAEDICATORUM, CELEBRATI ANNO DOMINI 1575, VIGESIMA TERCIA APRILIS IN CONVENTU SANCTI PAULI PALENTINO SUB REVERENDO ADMODUM PATRE NOSTRO PROVINCIALI FRATRE PETRO FERNANDEZ, SACRAE THEOLOGIAE PROFESSORE, ET REVERENDIS PATRIBUS DIFFINITORIBUS FRATRIBUS IOANNE DE PIÑA, PRIORE PALENTINO, ET FRATRE DOMINICO BAÑEZ, MAGISTRO; FRATRE ILEPHONSO DE HONTIVEROS, PRIORE SALMANTINO, ET FRATRE STEPHANO CUELLO, PRIORE SANCTAE MARIAE DE NIEVA

### **1.** Absolutiones

In primis absolvimus omnes suppriores et vicarios conventuum tam habentium priores quam non habentium, excepto suppriore sancti Andreae Metinensis, propter instantem electionem.
Item absolvimus fratrem Alphonsum de Arcos ab officio prioratus Sancti Dominici de Pontevedra propter defectum regiminis.

### **2.** Praesentationes

Exponimus ad legendas *Sententias* pro forma et gradu magisterii inclusive fratrem Dominicum Guzman, praesentatum et priorem compostellanum, et fratrem Ioannem de Orellana, praesentatum et lectorem collegii Sancti Gregorii.

1 fol. 191r
1-2 provinciae-praedicatorum: *om. B*
3 vigesima tertia aprilis: 24 die aprilis *B*
4 admodum: *p. aliquam c.*
6 Sacrae theologiae professore: *om. B*
6-7 et reverendis patribus diffinitoribus: et diffinientibus reverendis patribus *B*
7 Fratribus: fratres *R*
9-10 Hontiveros, Priore: Ontiveros, quondam Provintiale, modo vero Priore *B*
10 Cuello: Coello *B*

**2.**3 Guzman: de Guzmán *B*
5 Sancti Gregorii: Vallisoleti *B*

Praeterea exponimus ad legendas *Sententias* pro forma et gradu magisterii exclusive fratrem Petrum Fernandez, lectorem Sancti Pauli Vallisoletani, et fratrem Didacum Ramirez, lectorem Sancti Petri Martyris /Toletani, et fratrem Petrum de Contreras, lectorem Sanctae Crucis Segobiensis, fratrem Dominicum de Montoya, priorem Burgensem, et fratrem Ioannem de Segovia, ex conventu de Guadalaxara.

## **3.** Creationes

Creamus adque instituimus in praedicatores generales fratrem Ioannem de Saravia pro conventu Burgensi, fratrem Vincentium de Losada pro conventu de Victoria, fratrem Martinum Lozano pro conventu Benaventano, fratrem Gundisalvum de Cuellar pro conventu de Nieva, fratrem Dominicum de Piña pro conventu Palentino, fratrem Andream Dorado pro conventu de Plasentia, fratrem Gundisalvum de Reinoso [*sic*] pro conventu de Guadalaxara, fratrem Gregorium de Aguila pro conventu de Carrion, fratrem Ioannem de Sancto Petro por conventu Matris Dei Complutensis, fratrem Illefonsum Giron pro conventu Rupis Franciae, fratrem Andream de Oviedo pro conventu Asturicensi, fratrem Illefonsum de la Magdalena vicarium de Olmedo pro conventu de Villalpando, fratrem Petrum Zamudio pro conventu Abulensi, fratrem Laurentium de Alva pro conventu de Quintanilla, fratrem Dominicum de Ulloa priorem Taurensem pro conventu Taurensi, fratrem Ioannem de Cusio priorem de Oviedo pro conventu de Soria, fratrem Bartolomaeum del Pozo priorem de Hita pro conventu de Carboneras; fratrem Petrum de la Cruz, priorem de Saelizes, pro conventu de Cisneros.

9 fol. 191v

**3.**9 de Aguila: del Aguila *B*
11 Giron: Giron hijo de San Esteban *in marg. sin. littera saec. XVIII*
15 Alva: Alava *B*
17 de Cusio: Cusio *B*
18 Pozo: hijo de San Esteban *in marg. sin. cum littera saec. XVIII* || priorem de Hita: *interlin. R*

## **4.** Institutiones

Insituimus et damus in vicarium regni Galleciae reverendum patrem fratrem Ioanem de la Vera, priorem Lucensem, cum potestate quam ex nostris constitutionibus et consuetudine huiusmodi vicarii habere solent.

Item instituimus in vicarium de San Julian del Monte fratrem Thomam de Ribera, et in vicarium de Bilbao fratrem Augustinum de Sosa Praesentatum; in vicarium de las Navas fratrem Franciscum Velez; in vicarium de Aldeanueva fratrem Ioannem de Valdevieso.

Item instituimus in suppriorem Sanctae Mariae de Nieva fratrem Filippum de Nava; in suppriorem de Stella fratrem Michälem de Arroyoz; in suppriorem de Tudela fratrem Martinum de Sena; in suppriorem Sancti Sebastiani fratrem Martinum de Sancto Petro; in suppriorem de Palacios fratrem Ambrosium de Sancta Maria, ex conventu de Bilbao; in suppriorem de Logroño fratrem Dominicum Gomez, ex conventu de Palacios; / in suppriorem de Truxillo fratrem Augustinum de Lavata, ex conventu de Pamplona.

Item instituimus in primum lectorem theologiae simul et regentem in conventu Sancti Vincentii Placentino fratrem Ioannem de Lorenzana, lectorem conventus Sancti Pauli Burgensi, quem dicto conventui assigamus; et in lectorem secundum theologiae in conventu Sancti Pauli Burgensi fratrem Didacum de Contreras, ex conventu Sancti Vincentii Placentino, quem dicto conventui assignamus.

## **5.** Confessores monialium

Conventui Sancti Dominici Regalis Toletano fratrem Petrum de Sancto Dominico, ex conventu de Benavente et fratrem Bernardum de Sancto Dominico, ex conventu de Carboneras.

In conventu Matris Dei Toletano Frater Franciscus de Caceres, ex conventu Placentino, et frater Didacus de San Pablo, ex conventu de Zamora.

**4.**10 Valdevieso: Valdiviesi *B*
17 fol. 192r
20 Placentino: Placentini, *aliquoties facit concordantiam ad sensum, non cum conventu sed cum sancto titulari R B*

**5.**6 Placentino: *aliquoties non latine sed hispanice exprimitur R B*

In conventu Sancti Dominici de Madrid frater Petrus de Sancta Maria, ex conventu de Villalon, et frater Andreas de Corbellas, ex conventu de Hita.

In conventu de Belmonte frater Ioannes Ortiz, ex conventu de Talavera, et frater Ioannes de Valseca, ex conventu de Pamplona,

In conventu de Cifuentes vicarius frater Antonius Lozano, ex conventu de Ocaña, et frater Ioannes Ruiz, ex convetu Sancti Andreae Metinensis.

In conventu de Medina del Campo frater Antonius Sanz, ex coventu de Villalon, et frater Franciscus del Ara, ex onventu de Madrid.

In conventu de San Cebrian frater Thomas de Castro, ex conventu Palentino, et frater Christoforus de Sancto Dominico, ex conventu Civitatensi.

In conventu Sancti Spiritus de Benavente frater Petrus de Sanctis, et frater Cyprianus de Oviedo, ex conventu de Truxillo.

In conventu de Aldeanueva frater Franciscus de Garai, ex conventu de Soria; frater Didacus de la Higuera, ex conventu de Caceres; in curiam frater Ioannes Serrano, ex conventu de Astorga.

In coventu de Olmedo vicarius frater Illefonsus de la Magdalena.

In conventu de Caleruega frater Petrus de Salazar et frater Petrus de Victoria, ex conventu de Hita.

In conventu de la Casa de la Reina frater Alphosus Colmenares, ex conventu de Villalpando, frater Didacus Carranza.

/In conventu de Quexana frater Ioannes de Zavallos, ex conventu de Rioseco, frater Martinus de Betolaza, ex conventu de Bilbao.

In conventu de Lequeitio frater Ioannes de Gamarra, ex conventu de Atocha, frater Michäel de Aguirre, ex conventu de Pamplona.

In conventu de Bilbao frater Didacus de Cepeda, ex conventu de Atocha.

Quibus omnibus iniungimus in virtute Spiritus Sancti et sanctae obedientiae sub praecepto ut intra mensem a notitia praesentium conventibus quibus assignati sunt se praesentent et officium

10 Hita: *p. c. R*
12 Valseca: Valleca *B*
27 Olmedo: Holmedo *B*
33 fol. 192v
35 Lequeitio: Lequetio *R* | Liquetio *B*
42 assignati: designati *B*

suum exerceant. Confessoribus vero, qui in praecedenti capitulo designati fuerunt, ad conventus, ubi assignati sunt, revertantur intra idem tempus, numerandum a die quo applicuerint ad conventus monialium confessores qui nunc assignantur. Sub quo etiam praecepto mandamus omnibus, qui in his actis ad aliquod officium instituti sunt, ut intra idem tempus ad conventus, ubi id exequendum est, perveniant.

Insuper admonemus omnes monialium confessores ne, quia extra conventus suos in tali ministerio occupati sunt, ab abstinentia carnium et ieiuniorum, quae in notris constitutionibus continentur, obligatione se deobligatos putent, quoniam potius quanto magis extra suos conventus versantur opus habent huiusmodi abstinentia ut vigiliis et orationibus vacare possint ne spiritualis vitae propriae iacturam faciat, et oves sibi commisas non solum verbis sed exemplis spirituali cibo utiliter pascant.

## **6.** Ordinationes

Religionis nostrae reparationem et augmentum cupientibus, visum est nobis id potius, antiquarum constitutionum et nostrae professionis admonitione, quam novarum legum impositione, fieri posse. Quaedam enim in nostris constitutionibus scripta continentur, quae per oblivionem nostram vel potius desidiam in nostris moribus non apparent. Quam ob rem per viscera misericordiae Dei nostri et per zelum sancti patris Dominici, cuius nos in Christo imitatores profitemur, obsecramus universos fratres provinciae, / maxime priores ceterosque in ministerio praelatorum constitutos, ut cum omni solicitudine et timore Domini invigilent et curent ne constitutionum nostrarum antiqua observantia et vitae regularis

44 ubi assignati sunt: a quibus desumpti sunt *B*
46 assignantur: designantur *B*
47 his: *om. B*
51 in tali: ex tali *B*
53 deobligatos: obligatos *B*

**6.**2 augmentum: aumentum *R*
4 impositione: institutione *a.c. R*
6 oblivionem: obblivionem *R* || in: *om. B*
8 et: *interl. R*
9 fol. 193r
11 et curent: *om. B*

custodia nostro saeculo in nostris manibus pereant aut in aliquo detrimentum patiantur.

Obsecramus etiam reverendum patrem provincialem, sicubi vitae regularis mores excidisse invenerit, omni studio ad antiquam observantiam restitui faciat; quae autem in suis visitationibus reparaverit conservare et promovere solicitus sit. Nec permittat abusus aliquos contra nostras constitutiones, etiam in conventibus minoribus, cogitetque se pro nobis Deo redditurum esse rationem.

Quoniam autem ordo noster in salutem animarum institutus esse noscitur, pauca quaedam admonere ordinando decrevimus circa confessoris et praedicatoris lectorisque officium.

In primis ordinamus ut de ceterum qui consuetum tempus studii theologiae perfecerit et ad confessionis ac praedicationis officium promovendi fuerint, examinentur diligenter a duobus magistris in sacra theologia in nostra provincia expositis et acceptatis, vel ab uno magistro et uno praesentato. Volumus autem ut ipsi examinatores simul existentes examinent eum, qui approbandus fuerit ad dicta munia obeunda, servata etiam forma in praecedenti capitulo Toletano statuta.

Item ordinamus ut confessores feminarum sint viri exemplares et maturae aetatis, qui saltem trigesimum quintum annum expleverint. Et, si quis ante hoc tempus confessiones feminarum audire ausus fuerit, suspendatur ab officio ab ipso praelato.

Ut autem tales feminarum confessiones convenientius audiantur a nostris fratribus, praecipimus omnibus prioribus et praelatis ut non permittant fratres ad ecclesiam et capellam exire ad audiendas huiusmodi confessiones feminarum, sed in confesionaris ad hoc tantum deputatis, quorum, si non fuerit sufficiens copia, curent praelati ut quam primum fuerit possibile constituantur. /Multo autem minus permittant praelati ut in ecclesia vel capella fratres nostri cum feminis coloquantur, nisi de speciali licentia praelati; et hoc, quando opus fuerit, non sine socio concedatur, ut, sicut coram Deo puritatem mentis servare contendimus, ita coram hominibus bonum testimonium habeamus.

Item ordinamus ut, ubi fuerint duo vel tres sacrae thologiae lectores, nullus eorum regentis officio fungatur, nisi a reverendo patre provinciale ad regendum studium fuerit designatus, sed

13-14 pareant-patiantur: pereat-patiatur *B*
24 de ceterum: de cetero *B*
33 quintum: *intert. R*
38 et: vel *add. interl. R*
42 fol. 193v

unusquisque illorum circa suum munus alterum non habeat superiorem, sed ipse diffiniat quod tenendum sit in disputatione lectionis ad se pertinentis.

Lectoribus autem dialecticae et filosophiae stricte praecipimus sub poena absolutionis ab officiis suis ut doctrinam sapientissimi magistri fratris Dominici de Soto per omnia explicent, et, quantum fieri possit, sequantur. Et quod abstineant omnino ab aliis commentariis dictandis, nisi forte breviter et raro aliquae adnotationes pro explicatione eiusmodi doctrinae dictare oportuerit.

Praecipimus autem in virtute Spiritus Sancti et sanctae obedientiae sub praecepto ut nullus frater nostrae provinciae scolia magistrorum seu lectorum nostri Ordinis, quae semel dictata fuerint aut scripta ab eisdem magistris aut lectoribus, extra Ordinem communicent prout in praecedenti capitulo Toletano praeceptum est. Sub quo etiam praecepto mandamus pro hac vice ut sapientissimorum magistrorum fratris Francisci de Victoria et fratris Dominici de Soto et fratris Melchioris Cano episcopi scolia theologica ab eisdem scripta vel dictata, quicumque illa in sua potestate habuerit, nuntiet reverendo patri nostro provinciali, a quo impensius petimus ut pro communi bono et gloria nostri Ordinis quantocius committat alicui vel aliquibus magistrorum nostrae provinciae ut diligenter ordinata et correcta prelo mandentur.

Praecipimus etiam omnibus praelatis ut fratres clericos, qui professi sunt cum ignorantia grammaticae, curent diligenter ut per aliquem fratrem / Ordinis aut honestae vitae saecularem edoceantur.

## 7. Istae sunt confirmationes

Confirmamus antiquam huius provinciae ordinationem ut nullus prior eligatur in priorem alterius conventus antequam duos annos sui prioratus expleverit, nec supprior nec regens aut lector in eodem conventu seu domo eligatur in praelatum quod, si secus factum fuerit, electio irrita censeatur.

56 sequantur: *in marg. sin. cum lit. saec. XVIII R dicitur* «Nota et valde nota filium conventus Samantini».
60 sub: et sub *B*
67 ab: a *R*
74 fol. 193v

**7.**4 nec$^{2}$... aut: aut... aut *B*

Item confirmamus antiquum morem huius provinciae, praecipientes in virtute Spiritus Sancti et sanctae obedientiae sub praecepto ut nullus cellam alterius ingrediatur, ipso vel alio fratre intra cellam existente, excepta cella prioris quoad omnes, et magistri noviciorum quoad sibi subditos. Excipiuntur etiam cellae magistrorum in theologia et eorum qui officio provincialatus in nostra provincia functi fuerunt, in quorum cellas ingredi poterunt omnes, nisi a signo quod fit post completorium usque ad primam sequentis diluculi.

Interdicimus autem praelatis ne cum aliquibus generaliter dispensent ut possint ingredi diu aut noctu cellas aliorum, ipsis intus existentibus. Cum supprioribus vero dipensari poterit generaliter, ut diu non autem noctu eorum cellas fratres ingredi possint. Revocamus quoque omnes licentias ingrediendi cellas hactenus concessas.

Item confirmamus illam ne suppriores, per duo capitula continua absoluti, instituantur in eodem conventu, extendentes etiam illam ad vicarios, quos nolumus iterum institui post duas continuas absolutiones.

Item illam, qua sub praecepto cavetur ne quis sine expressa licentia patris nostri provincialis regiam curiam ingrediatur.

Item illam, qua sub poena gravioris culpae praecipitur ut in locis, ubi conventum habemus, nemo extra conventum pernoctare / praesumat, nec ad hoc cuique licentia concedatur.

Item illam, qua sub praecepto praesidentibus mandatur, ut si, quando eis visum fuerit expedire sub praecepto interdicere ne quis de electione loquatur, ipsi etiam idipsum quod aliis praecipiunt servare teneantur.

Item confirmamus illam, quod magister novitiorum instar supprioris de consilio patrum eligatur, et in numero patrum a consiliis computetur. Simulque et aliam, ut nullus recipiatur ad habitum clericorum, qui non sit ita grammaticae peritus ut possit statim ad studium artium sufficienter admitti; prohibentes ne de cetero novitii recipiantur in conventibus in quibus non fuerit domus novitiorum, in qua novitii cum magistro separatim manere possint.

7 antiquum: anticum *B*
8 sub: et sub *B*
17 cellas aliorum: *om. B*
18 generaliter: *om. B*
22 etiam: etiam quoque *B*
25 qua: in qua *B*
29 fol. 194v
32 idipsum: *om. B*
40 separatim: separatin *R*

Item confirmamus ordinationem illam, quae in capitulo praecedenti Toletano facta est, ubi revocantur omnes licentiae hactenus concessae utendi lineis. Prohibemusque ne priores vel inferiores praelati eas possint generales concedere; sed a reverendo patre provinciali propter gravem necessitatem et in scriptis concedatur. Tunicas vero lineas, quas nunc sine tali licentia quisque frater retinet, applicatas esse decernimus communi usui. Quod, si contra postac quisquis eas vel alias, sine praedicta licentia retinuerit, proprietatis crimen se noverit incurrisse, et furti iudicio condemnandum.

Confirmamus item illam in eodem capitulo, ut reverendus pater noster provincialis non revocet, sed, quantum possibile fuerit, executioni mandentur quae in praesenti capitulo instituta fuerint, ut etiam priores praesidentes conventuum fratres a superioribus destinatos ad suos conventus recipiant, nec eos ad ipsos superiores mittant, sed per litteras, cum opus fuerit, patri provinciali rationem reddant, quare tales /assignandi non sint in suis domibus. Interea tamen ipsi assignati in conventibus sicut alii habeantur et priores, qui contra fecerint, a suis officiis in poenam absolvantur.

Item confirmamus illam, sicut ibidem continetur, ut generales licentiae recipiendi vel retinendi pecunias, aut quaevis alia bona temporalia, nullatenus alicui concedatur, revocantes prout etiam nunc revocamus huiusmodi generales licentias.

Volumus autem ut singuli fratres, cum ad conventum assignati devenerint, suo praelato libros et vestes aut quaecumque alia sibi ad usum concessa vel quomodolibet recepta manifestare teneantur. Etiam quae in potestate saecularium habuerint; quae volumus quantocius ad conventum deferri. Id quod ab omnibus faciendum est, cum ex itinere ad proprios conventus redierint.

Nemini etiam licitum sit, etiam praelato, extra commune depositum pecunias extra diem naturalem apud se retinere, nec in deposito per multum temporis ipse praelatus conservari permittat, sed ad usum communem applicet.

Itemque fratres teneantur, cum pecunias pro dicendis missis acceperint, non solum pecuniae summam, sed numerum quoque missarum praelatis indicare, nec ipse praelatus concedat licentiam

41 quae in: cum *B*
43 Prohibemusque: Prohibemus quod *B*
47 contra: *om. B*
50 illam: *om. B*
56 fol. 195r
65 quomodolibet: comodolibet *R*
74 quoque: quarum *B*
75 licentiam: *om. B*

recipiendi ultra numerum missarum duodecim. Si quis autem contra seriem huius ordinationis fecerit, violatae paupertatis se reum esse intelligat furtique iudicio condemnandum.

Item confirmamus illam quod praelati absque molestia et dilatione provideant de necessariis vestibus fratribus tam recedentibus quam in conventu manentibus, sic tamen ut iis, qui aliunde eas habuerint, non teneantur conferre.

Prohibemus etiam ne praelati pecuniam pro vestibus fratribus conferant, etiam ad petitionem ipsorum.

Item confirmamus illam ad cavendos inutiles fratrum discursus, ne priores vel alii praesidentes licentiam possint concedere fratribus, / nec permittant equitare eos qui pedites iter agere valuerint, praesertim cum ad praedicationis officium perexerint. Statim vero ut ad conventum aliquis frater hospes acceserit teneatur hostiarius, vel ospitio praefectus, sub poena gravis culpae litteras testimoniales ab eo petere easque praelato statim deferre. In quibus etiam de speciali licentia equitandi fiat mentio. Alias huiuscemodi rigore constitutionis puniendus erit qui equitaverit.

Epistolas quoque, si quas fratribus conventus missas attulerint, ipse frater hospes non audeat eas privatim reddere, sed praelato conventus deferat aut deferri faciat, qua in re diligentiam habeant praelati ut abusum in litteris mittendis aut recipiendis sine licentia aboleant, constitutionis rigorem servantes.

Item confirmamus illam qua praecipitur in virtute Spiritus Sancti et sanctae obedientiae sub praecepto omnibus praesidentibus nostrorum conventuum vel domorum, ut cum aliquis frater obierit, cuius libri vel alia bona inter illum conventum aut domum, ubi moritur, et alium conventum sive domum dividenda sint universa bona, ad fratrem ipsum qui obiit pertinentia, scribant aut scribi faciant coram duobus fratribus dicti conventus, et ipso praelato, subscriptis etiam nominibus ipsorum, et serventur huiusmodi bona ut opportuno tempore inter ipsos conventus aut domos dividantur.

87 fol. 195v
87-95 nec permittant-ipse frater hospes: *om. B*
93 rigore: rigorem *R*

**8.** Acceptationes

Accepetamus acta capituli generalis superiori anno Barcinone celebrati sub reverendissimo patre fratre Seraphino Caballi nostri ordinis magistro. Sed quoniam in quadam ordinatione ibidem facta, ubi dicitur quod in provinciis ubi commode fieri potest, saltim per unum annum a prioratu vacent priores postquam a prioratibus fuerint absoluti, advertimus quod in hac nostra provincia, propter multi/tudinem conventuum talis ordinatio servari non potest, nam si tanta multitudo fratrum, qui prioratus officio functi sunt per annum integrum vacaret, non facile inveniuntur qui tot conventibus essent digni praeficiendi. Ceterum respectu eiusdem conventus, ubi prioratus officio aliquis functus est volumus omnino talem ordinationem servari.

Noveritis etiam patres quod sanctissimi domini nostri Gregorii 13 mandato cogimur universas domos nostras, quae vicariae vocantur, ad prioratus reducere et promovere providentes de fratrum numero competenti, ut in eis possit fieri electio prioris secundum nostras constitutiones.

Acceptantes igitur istiusmodi obedientiam erigimus in prioratus sequentes domos, scilicet: domum Sancti Dominici de Villalpando, cui damus in priorem fratrem Dominicum de Sancto Illefonso, et domum Sancti Pauli conquensem; et domum Sanctae Catherinae de Cisneros, et domum Sanctae Mariae de Rojas. Et committimus reverendo patri nostro provincili ut de numero fratrum sufficienti ad electionem mature provideat.

Ceterum domum Sancti Dominici de Merida et Sancti Petri de la Tarça, et domum Dominae Nostrae de Quintanilla, reverendus pater noster provincialis quam citius poterit examinabit cognoscetque an sit aliqua spes ut ad conventus promoveantur. Et, si possible invenerit, eas domus vel ex redditibus propriis vel communibus eleemosynis competentem numerum fratrum alere posse, reducat eas ad prioratus.De domibus autem minoribus regni Galleciae similiter faciat. Interim tamen in omnibus praefatis domibus vicarii, qui actenus in eisdem domibus praefecti erant, cum eadem

**8.**1 Acceptationes: istae sunt *antep. B*
8 fol. 196r
10 inveniuntur: invenirentur *B*
19 istiusmodi: eiusmodi *B*
22-23 et domum Sanctae-Cisneros: *om. B*
23 et domum: et conventum *B*
32 prioratus: prioratum *B* || regni: *om. B*

potestate manere volumus donec reverendus pater provincialis de prioribus provideat.

**9.** / Nomina defunctorum

Ex conventu Segoviensi frater Andreas Perez, prior Benaventanus et pater antiquus.

Ex conventu Abulensi frater Balthasar de los Reyes, sacerdos et pater antiquus.

Ex conventu de Pamplona frater Michäel de Lesaga, sacerdos et pater antiquus.

Ex conventu Valleoletano frater Franciscus Martinez, laicus.

Ex conventu Legionensi frater Alphonsus de Melgar, sacerdos; frater Martinus de Oña, sacerdos et pater antiquus.

Ex conventu de Tuy frater Simon Vicente, sacerdos; frater Petrus Martinez, sacerdos.

Ex conventu de San Julian frater Andreas de Lezana, sacerdos et pater antiquus; frater Petrus de Velasco, sacerdos et pater antiquus; frater Petrus Rubio, laicus.

Ex conventu de Sangüesa frater Martinus de Saba, sacerdos et pater antiquus; frater Ioannes de Navasques, sacerdos.

Ex conventu de las Navas frater Dominicus Despinosa, sacerdos et pater antiquus, et quidam donatus.

Ex conventu de Palacios frater Ioannes Baptista, sacerdos et pater antiquus.

Ex conventu Benaventano frater Alphonsus de la Fuente, sacerdos et pater antiquus; frater Petrus de la Cruz, subdiaconus; frater Paulus Cortes, sacerdos et pater antiquus; frater Sebastianus de Tordesillas, sacerdos et pater antiquus, confessores monialium eiusdem oppidi.

Ex conventu Civitatensi frater Didacus Descalante, sacerdos pater antiquus.

**9.**1 fol. 196v
2-3 Benaventanus: Beneventanus *R*
11 Tuy: Tui *R B*
13 de San Julian: *sic R B*
17 de Navasques: Lavasques *B*
20 Baptista: Babtista *R*
22 Benaventano: Beneventano *R*

Ex conventu Sancti Sebastiani frater Franciscus de Ernialde, laicus.

Ex conventu de Aranda frater Dominicus, Prior et praedicator generalis; frater Sebastianus de Caleruega, laicus.

Ex conventu de Villascusa frater Petrus Gasco, sacerdos et pater antiquus.

Ex conventu de Peñafiel frater Thomas de Revenga, sacerdos et pater antiquus.

Ex conventu de Truxillo frater Thomas de Sancta Maria, sacerdos et pater antiquus; frater Ioannes de los Reyes, laicus.

/Ex conventu de Mombeltran frater Gil Velazquez, sacerdos et pater antiquus.

Ex conventu Metinensi frater Thomas de Sancta Maria, sacerdos et pater antiquus; frater Ioannes de las Casas, sacerdos et pater antiquus, frater Christophorus de Mercado, sacerdos.

Ex conventu de Nieva frater Antonius de Contreras, pater antiquus et praedicator generalis; frater Didacus Bonal, sacerdos et pater antiquus; frater Petrus de Plaza, sacerdos; frater Michäel de Zamora, laicus.

Ex conventu de Oviedo frater Hieronymus de Ortega, sacerdos et pater antiquus; frater Andreas Bravo, sacerdos.

Ex conventu Toletano frater Vincentius Varron, magister et pater antiquus; frater Iohannes de Guzman, praesentatus et pater antiquus; frater Damianus de Hita, sacerdos et pater antiquus; frater Antonius de Villagomez, sacerdos et pater antiquus; frater Lazarus de Sancto Stefano, sacerdos.

Ex conventu Palentino frater Dominicus de Celaya, praesentatus, prior et pater antiquus; frater Ioannes de Logroño, sacerdos et pater antquus.

Ex conventu de Piedrahita frater dominicus de la Peña, sacerdos et pater antiquus; frater Thomas de los Angeles, sacerdos et pater antiquus; frater Petrus Castillejo, sacerdos et pater antiquus.

Ex conventu Sancti Petri Dominarum frater Petrus de Robledo, laicus.

29 Sancti Sebastiani: de Sant Sebastian *B* || Ernialde: Hernialdo *B*
32 generalis: venerable hijo de San Esteban *in marg. sin. litt. Sace XVIII add. R*
39 fol. 197r || Mombeltrán: Monbeltran *R* | Monvelbran *B*
48 Hieronymus: Hieronimus *R*
50 magister: filius sancti Stephani *in marg. dext. cum lit. saec. XVIII add. R*
55-56 praesentatus: hijo de San Esteban *in marg. dext. cum lit. saec. XVIII add. R*
61-62 Petrus de Robledo: Bartholomaeus de Toledo *B*

Ex conventu de Galisteo frater Didacus Ximenez, sacerdos et pater antiquus; frater Ioannes de Carrion, supprior et pater antiquus; frater Dionisius de Sancto Martino, sacerdos et pater antiquus; frater Vincentius Holgado, sacerdos, frater Ioannes Arias, sacerdos; quidam donatus.

Ex conventu Zamorensi frater Petrus de Enzinas, sacerdos et pater antiquus, et prior de Villalon; frater Martinus de Sevilla, sacerdos et pater antiquus; frater Bernardinus de Angulo, sacerdos et pater antiquus; frater Ioannes de Soria, sacerdos; frater Andreas Vara, sacerdos frater Ioannes Lopez, subdiaconus.

Ex conventu Salmantino frater Ioannes Gallo, magister et pater antiquus; frater Thomas de Chaves, praesentatus, praedicator Generalis et pater antiquus; frater Petrus Ruiz, praedicator generalis et pater antiquus; frater Christophorus Galdo, sacerdos, frater Alphonsus Juarez, diaconus; frater Martinus Sanchez, diaconus; frater Georgius de Trinitate, laicus; frater Ioannes de Truxillo, laicus, et quidam donatus.

Ex conventu Sancti Felicis frater Petrus de Añaya, Prior eiusdem conventus; frater Franciscus Brochero, sacerdos et pater antiquus; frater Thomas Gomez, sacerdos.

Ex conventu de Tudela frater Petrus Gil, laicus; frater Martinus Axenxius, laicus.

Ex conventu de Vivero frater Franciscus Ruiz, supprior, frater Franciscus del Rio, laicus.

Ex conventu de Atocha / frater Ludovicus de Sanctis, sacerdos et pater antiquus et praedicator generalis; frater Petrus de Sancta Maria, sacerdos et pater antiquus; frater Ioannes Baptista, sacerdos.

Ex conventu de Ocaña frater Vincetius de Sancta Cruce, sacerdos et pater antiquus; frater Petrus Mellado, sacerdos et pater antiquus.

Ex conventu de Valencia frater Andreas de Cuevas, prior eiusdem conventus.

Ex conventu de Carboneras Ioannes Serrano, laicus.

67 quidam: et *antep. B* || donatus: frater Andreas Vara, sacerdos *add. B*
71-72 frater Andreas-sacerdos: *collocatur in conventu de Galisteo post* «quidam donatus» *B*
74 praesentatus: Gallo et Chaves *add. in marg. dext. cum lit. saec. XVIII R*
76 Galdo: de Galdo *B*
87 fol. 197v
89 Baptista: Babtista *R*
90 de Sancta Cruce: de Santa † *R* | Sanctae Crucis *B*
93 de Cuevas: de Guelves *B*

Ex conventu de Pontevedra frater Antonius de Medina, sacerdos et pater antiquus.

Ex conventu Sancti Saturnini frater Rodericus de Abreu, sacerdos.

Ex conventu de Victoria frater Ioannes de Alegria, sacerdos; frater Ioannes Maturana, laicus.

Ex conventu de Astorga frater Franciscus del Valle, sacerdos.

Ex conventu de Huete frater Nicolaus de Illana, pater antiquus.

Ex conventu Taurensi frater Gundisalvus de Herrera, sacerdos et pater antiquus.

Ex collegio Sancti Gregorii frater Ioannes Baptista, laicus.

## **10.** Suffragia pro vivis

Pro Sanctissimo Domino nostro Gregorio 13 et felici statu Sanctae Romanae Ecclesiae quilibet conventus unam missam.

Pro Catholico et invictissimo rege nostro Philippo, praeter quotidianas preces, quas in singulis conventibus fieri mandamus, quilibet sacerdos unam missam.

Pro Catholica Magestate Reginae nostrae et Serenissimi principis cum prole regia, quilibet conventus unam missam.

Pro illustrissimo et reverendissimo episcopo Placentino ex nostro Ordine assumpto et nostri capituli benefactore, et patri reverendissimo domino archiepiscopo compostellano et reverendissimo episcopo Aurensi, quilibet conventus unam missam.

Pro admodum illustrissimo domino Francisco de Reinoso, qui copiosam eleemosinam pro expensis capituli liberaliter contulit, quilibet conventus unam missam.

## **11.** Suffragia pro defunctis

Pro fratribus et sororibus defunctis nostrae provinciae a praecedenti capitulo, quilibet sacerdos unam missam.

102 Huete: Guete *R* | Huepte *B*
**10.**5 quotidianas: cotidianas *R*
10 assumpto: asunto *R*

### **12.** Ultimae admonitiones

Concedit etiam admodum reverendus pater noster provincialis omnibus fratribus et sosoribus nostrae provinciae quod alias expositum confessorem nostrae provinciae semel tantum eligere valeant et ab eodem de omnibus casibus etiam censuris, quae usque ad notitiam praesentium incurrerunt absolvi possint, / sicut ab ipso reverendo Patre provinciali absolvi poterant.

Admonet etiam quod a sanctissimo domino nostro Gregorio 13 recepit expressam declarationem, quod nullus frater nostri Ordinis possit eligere confessorem virtute bullae cruciatae, quam etiam in publico capitulo isto provinciali promulgari fecit.

Mandamus insuper in virtute Spiritus Sancti et sanctae obedientiae sub praecepto omnibus socios conventuum et etiam praesidentibus non habentibus socios ut acta huius capituli fideliter scribant, et nostris nominibus subscriptis deferantad suos conventus.

Sub quo etiam praecepto mandamus ut acta capituli generalis typis excussa, a socio nostri reverendi patris provincialis accipiant, et simul cum nostris actibus ad suos conventus deferant.

Mandantes etiam simul praesidentibus conventuum et domorum ut tam constitutiones nostras et acta capituli generalis et provincialis et ordinationes a reverendo patre provinciali in visitationibus factas bis in anno legi faciant publice.

Sententias iudicum approbamus, et sequens capitulum assignamus ad nostrum conventum Sancti Thomae Abulensem, celebrandum 28 die aprilis dominica *Deus qui errantibus* anni 1577. Auctoritatem etiam nostram usque ad feriam secundam inclusive reservamus; deinceps reverendo patri nostro provinciali committimus.

### **13.** [Subcriptiones autographicae]

Fray Pedro Fernandez, Prior Provincialis
Frater Alfonsus de Hontiveros, diffinitor
Frater Stephanus Coello, diffinitor
Frater Ioannes de Piña, diffinitor
Frater Dominicus Bañez, diffinitor.

**12.**6 fol. 198r
24 ad-Abulensem: in conventu Sancti Thomae Abulensi *B* || Abulensem: Abulensis *R*
25 die: *om. B*

**13.**1 [Subscrptiones autographicae]: *om. R B*

## ACTA DEL CAPÍTULO PROVINCIAL DE 1577

### Introducción

Sobre este acta debemos decir primeramente lo advertido en el acta anterior. El masnuscrito romano (R) tiene el valor de original, finalizando con las firmas autógrafas de los directores de las asambleas capitulares. Por esta razón lo tomamos como base para la presente edición. La copia del capitulo de Burgos (B) es muy cercana al original, y hacemos constar de ella sus variantes con respecto al texto romano. Hay nuevos nombres ilustres, como el del definidor del capítulo, Jerónimo Almonacir, Maestro en Sagrada Teología. De gran importancia para la historia de la Orden Dominicana es el también el Maestro en Sagrada Teologa Hernando del Castillo, por sus conocimientos de historia, su trato con los documentos de archivo, y sus precisiones sobre los primeros conventos dominicanos en España.

Se recogen en este acta de 1577 los propuestos para los títulos de Maestros en Teología y de Predicadores Generales. Damos una lista de los titulados, que aparecen en el acta en estas dos actividades del estudio y de la predicación, que son las dos exigencias más fuertes de la Orden:

Son subrayadas las ordenaciones regulares de costumbre, que hemos señalado en el acta anterior. Se exaltan en particular las *Summulas* de Cayetano, de modo que los profesores a los que corresponda, están obligados a enseñarlas, bajo la pena de ser apartados de la enseñanza, si no lo hacen. Se repite la exigencia del necesario conocimiento de la gramática latina con respecto a los que pretenden ingresar en nuestros conventos, de modo que puedan entender en las aulas las explicaciones del profesor. Se insiste mucho en la entrega al estudio de día y de noche, y en la buena preparación necesaria para el profesorado, para la predicación y para oír confesiones.

## [ACTA CAPITULI PROVINCIALIS ABULENSIS ANNI 1577]

/ HAEC SUNT ACTA CAPITULI PROVINCIALIS IN CONVENTU SANCTI THOMAE ABULENSI, PROVINCIAE HISPANIAE, CELEBRATI, SUB ADMODUM REVERENDO PATRE FRATRE STEPHANO COELLO, IN EODEM CAPITULO ELECTO IN PROVINCIALEM, DIFFINIENTIBUS REVERENDIS PATRIBUS FRATRE DOMINICO DE LA PARRA, PRIORE ABULENSI; FRATRE HIERONYMO ALMONACIR, MAGISTRO; FRATRE FERDINANDO DE CASTILLO, MAGISTRO; FRATRE ALFONSO DE SANCTO DOMINICO, PRIORE DE MADRID.

### **1.** Istae sunt absolutiones

Absolvimus omnes suppriores et vicarios conventuum, tam habentium priores quam non habentium, exceptis suppriore de Plasentia et suppriore de Ocaña et suppriore Talabricensi, quia nuper instituti sunt. Excipimus etiam suppriorem Abulensem et suppriorem de Nieva, propter instantes electiones, quos manere volumus in suis offficiis, usquedum conventus isti habeant priores electos et confirmatos et praesentes in domibus suis.

### **2.** Istae sunt praesentationes

Exponimus ad legendas *Sententias* pro forma et gradu magisterii inclusive fratrem Paulum Martin, Praesentatum, lectorem Abulensem, et fratrem Antonium de Arce, Praesentatum, ex conventu Vallisoletano.

Praeterea exponimus ad legendas sententias pro forma et gradu magisterii exclusive fratrem Petrum de Lezcano, lectorem Toletanum; fratrem Stephanum de Miranda, rectorem complutenem;

1 fol 207r || [ACTA-1577]: *om. R B*
4 IN: im *R*
7 HIERONYMO: Iheronimo *R* | Hieronimo *B* || ALMONACIR: Almonacil *R* | Almonacid *B*
8 DE: del *B*

**1.**6 Nieva: Nieba *R*

**2.**5 Vallisoletano: Valisoletano *R*

fratrem Petrum Romero, lectorem Abulensem, et fratrem Dominicum de Ulloa, /rectorem Sancti Gregorii Vallisoletani.

### **3.** Institutiones

Instituimus in vicarium Regni Galletiae reverendum patrem fratrem Petrum Puerto Carrero Magistrum, quem praeficimus dictae provinciae cum ea potestate, quam in spiritualibus et temporalibus habere solent huiusmodi vicarii tam ex nostris constitutionibus quam ex consuetudine.

Item instituimus in vicarium de las Navas fratrem Petrum de Aragon, ex conventu de Madrid.

In vicarium de Aldea Nueva fratrem Petrum Ruiz.

In vicarium de Bilbao fratrem Petrum de Zamudio, ex conventu de Peñafiel.

In vicarium de Quintanilla fratrem Antonium de Grijalva, ex conventu de Villalpando.

In vicarium de Soria fratrem Ferdinandum Sedeño, ex conventu de Guadalajara.

In vicarium de Mérida fratrem Vincentium de Losada.

In vicarium de Betanzos fratrem Ludovicum Centellas, ex conventu de Atocha.

In vicarium Sancti Saturnini fratrem Petrum Gonzalez, ex conventu de Lugo.

In vicarium de Panton frater Hieronymum Azpeitia ex conventu Ripariensi.

In vicarium Sancti Iuliani fratrem Thomam de Ribera. Committimus autem reverendo admodum patri nostro provinciali, ut, quam primum potuerit, provideat eidem conventui de numero fratrum, ut ad electionem prioris procedat.

Instituimus in suppriorem de Logroño fratrem Dominicum Lozano, ex conventu de Carboneras; in suppriorem /de Pontevedra fratrem Petrum Melio, ex conventu de Ribadavia; in suppriorem

10 fol. 207v

**3.**3 Petrum: *om. B*
7 instituimus in: constituimus *B*
14 Ferdinandum: Petrum *B*
20 de Lugo: del Hugo *B*
21 Hieronymum de Azpeitia: Iheronimum de Azpetia *R* | Hieronimum de Azpetia *B*
28 fol. 208r

de Ribadavia fratrem Paulum Dorado, ex conventu de Pontevedra; in suppriorem Sanctae Catharinae de la Vera fratrem Ludovicum de la Magdalena ex conventu eodem; in suppriorem de Astorga fratrem Balthasarem Lopez, ex conventu de Villalpando; in suppriorem Sancti Dominici de La Coruña fratrem Franciscum de Sancto Dominico, ex conventu Compostellano; in suppriorem de Sangüesa fratrem Martinum de Garibai, ex eodem conventu; in suppriorem de Palacios fratrem Ioannem de Robles, ex conventu de Galisteo; in suppriorem Sancti Dominici de Santiago fratrem Ludovicum de Guzman, ex eodem conventu; in suppriorem conventus de Estella fratrem Didacum Mendez, ex eodem conventu; in suppriorem Sancti Dominici Legionensis fratrem Dominicum de Porres, ex conventu de Astorga.

In lectorem de Logroño instituimus fratrem Gregorium de Calzado; in lectorem de Piedrahita fratrem Gasparem de Palencia, ex conventu Complutensi.

### **4.** Confessores monialium

In conventu Sancti Dominici Regalis de Madrid frater Innocentius de Caceres, ex conventu de Sahelices; frater Sebastianus Vazquez, ex conventu Abulensi; frater Paulus de Santo Domingo, ex conventu de Quintanilla.

In conventu Sancti Dominici Toletano frater Didacus del Aguila, ex conventu de Mombeltran; frater Andreas de Mendoza, ex conventu de Valencia et frater Bernardus Maldonado ex conventu de Piedrahita.

In conventu Matris Dei Toletano frater Petrus de Sancta Maria, ex conventu Sancti Dominici Regalis de Madrid; frater Petrus de Frias, ex conventu de Tordesillas.

In conventu de Belmonte / frater Andreas de Corvella, ex conventu Sancti Dominici de Madrid; Frater Ioannes Lozano, ex conventu de Atocha.

40 Estella: Stella *R B*
41 Porres: Porras *B*
43-44 Calzado: Calzada *B*

**4.**3 Sahelices: Saelices *B*
6 Toletano: Toletanus *R* | Toletani *B*
7 Mombeltran: Monbeltran *R* | Monveltran *B*
13 Belmonte: Velmonte *R B* || fol. 208v || Corvella: Corbella *B*

In conventu de Caleruega frater Nicholaus de Castillejo, ex conventu de Villa Escusa; frater Antonius de Villagomez, ex coventu de Zamora.

In conventu de Cifuentes frater Ioannes Ruiz, ex conventu de Medina del Campo, et frater Antonius Lozano, quem damus in vicarium sororum.

In conventu de Medina del Campo frater Franciscus Martinez, ibidem existens, et frater Didacus del Valle, ex conventu de Hita.

In conventu de Sant Cebrian frater Antonius Collado, ex conventu de Ocaña; frater Martinus Bara, ex conventu de Caceres.

In conventu Sancti Spiritus de Benavente frater Dominicus Perez, ex conventu de Santa Martha; frater Martinus de Sant Millan, ex conventu de Truxillo.

In conventu de Olmedo frater Andreas de Santollano, ex conventu de Astorga, quem damus in vicarium sororum.

In conventu de Quejana frater Augustinus de la Cruz, ex conventu de Trianos; frater Petrus de Salazar, ex eodem conventu, quem damus in vicarium sororum.

In conventu de Aldeanueva frater Petrus Ruiz, quem damus in vicarium sororum; frater Didacus de la Higuera et frater Stephanus de Benavente, ex eodem conventu.

In conventu de la Casa de la Reina frater Alfonsus de Oviedo, ex conventu de Leon, et frater Dominicus de la Higuera, ex conventu de Soria.

In convetu de Lequeitio frater Thomas Martinez, ex conventu de Victoria, et frater Gregorius Ruiz, ex conventu de Villaescusa.

/ Omnibus autem praedictis fratribus, qui in confessores seu vicarios sororum instituuntur, praecipimus in virtute Spiritus Sancti et sanctae obedientiae sub praecepto, ut intra mensem a notitia praesentium se praesentent conventibus seu monasteriis quibus designantur.

Eis autem confessoribus seu vicariis earumdem sororum, qui hactenus apud eas commmorati sunt, sub eodem praecepto mandamus, ut ad conventus, in quibus assignati sunt, revertantur intra triginta dies, numerandos ab eo die quo patres confessores hic scripti applicuerint ad monasteria monialium, quibus deputantur.

16 de Castillejo: Castillexo *B*
25 Bara: Vara *B*
31 Quejana: Quijana *R B*
40 Lequeitio: Lequetio *R B* || Martinez: Ariniz *B*
42 fol. 209r
49 in: *om. B*

Sub eodem etiam praecepto mandamus ceteris fratribus, quos in vicarios conventuum de novo damus, quatenus intra mensem a notitia praesentium ad eosdem conventus se conferant et sua ibidem ministeria exerceant.

Insuper confessoribus monialium omnibus iniungimus ut in ieiunis et abstinentiis a carnibus ea omnia observent quae per nostras constitutiones sunt nobis mandata. Obsecramus reverendum admodum patrem nostrum provincialem ut huius rei transgressores severe puniat.

### **5.** Istae sunt ordinationes

In primis volumus ut omnes ordinationes a reverendo patre nostro Magistro fratre Petro Fernandez, dudum provinciali factas in visitationibus conventuum, inviolabiliter observentur tam fratrum quam sororum, praecipientes in virtute Spiritus Sancti et sanctae obedientiae sub praecepto, / ut ea quae ab ipso patre Magistro vel a suis visitatoribus in iisdem visitationibus mandata seu ordinata sunt sub praeceptis formalibus ita serventur ab eis ad quos pertinet sive fratres sive sorores seu beatae; quae vero sub aliis poenis sunt praecepta eodem modo et sub iisdem poenis obligent usque ad sequentem visitationem.

Simili modo volumus et ordinamus ut ea omnia, quae dictus pater magister, dudum provincialis constituit circa sororum et beatarum clausuram, sub eodem modo et ordine quo mandata seu praecepta fuerant observentur.

Praecipimus in virtute Spiritus Sancti et sanctae obedientiae sub praecepto, iuxta receptissimam huius provinciae consuetudinem, ne quis audiat confessiones saecularium, nisi a duobus magistris seu ab uno magistro et uno praesentato fuerit primum examinatus et in scriptis approbatus. Quam examinationem praedicti patres simul et non seorsim teneantur facere. Ad audiendas confessiones feminarum nullus deinceps exponatur, nisi fuerit aetatis ad minus triginta annorum et vitae probatus.

**5.**6 fol. 209v
7 iisdem: *om. B*
9 pertinet: *interl. R*
11 visitationem: *post cancellationem verbi* obligationem *R*
16 Praecipimus: praeceptum *add. in marg. sin. R*
17 praecepto: praeceptu *B*
21 audiendas: vero *add. a. c. R*

Ordinamus quod processus et scripturae delictorum fratrum, dum ipsi vixerint, serventur clausi et signati in aliquo conventu. Ipse autem pater provincialis secum deferat librum in quo summatim conscribantur nomina et cognomina delinquentium et poenae, ad quas condemnati fuerint, et conventus ubi processus et scripturae, ad quemlibet eorum pertinentes, ut diligenter eas servent.

Ordinamus, et in virtute Spiritus Sancti et sanctae obedientiae mandamus, omnibus / et singulis prioribus et praesidentibus conventuum, quatenus intra duos menses a datis praesentium habeant in suis quisque domibus carceres designatos, ubi praeter valvas et seras fortes sint catenae compedesque ferrei ad firmam incarceratorum custodiam.

Praeterea districte praecipimus ne fratres nostri ad saeculares confugiant vel ad evadendum poenas a suis praelatis impositas vel ad quaecumque alia sequenda, quae gratiam vel iustitiam concernunt. Si quis autem saecularium litteras commendaticias ad haec vel alia consequenda impetraverit vel impetrari fecerit vel sponte oblatis scienter usus fuerit, gravissime puniatur a patre nostro provinciali, et omnino inhabilis maneat ad ea obtinenda quae per eiusmodi litteras aut favores saecularium consequi contenderit.

Ordinamus ut in conventibus de Piedrahita, Sanctae Mariae de Nieva, Sancti Petri Dominarum, Sancti Dominici de Ribadabia habeatur lectio de casibus conscientiae iuxta ea quae in praecedenti capitulo generali sunt ordinata. Lectores autem nulla via nullo etiam quaesito colore aliud legant quam quod ad explicactionem *Summulae* Caietani fuerunt necessaria. Et, qui contra fecerit, removeatur a lectura per patrem nostrum Provincialem, et sua paternitas provideat de studentibus qui haec tantum addiscant quae ad confessiones audiendas sunt necessaria.

Lectoribus autem nostrae provinciae in meritum obedientiae iniungimus, ut quemadmodum ab ipsis speramus se ipsos praebeant discipulis viva exemplaria virtutum, ne solum sacras / litteras, sed potissimum pios mores docere studeant.

24 fratrum: fratruum *R*
29 ut-eas: *interl . post aliquam correctionem R* | *om. B* || servent: serventur *B*
30 Ordinamus: praeceptum *add. in marg. sin. R*
31 fol. 210r
45 Nieva: Nieba *R B* || Sancti Petri: et Petri *B* || Sancti: et Sancti *B*
49-50 fecerit, removeatur: fecerint, removeantur *B*
52 ad-audiendas: confessionibus audiendis *B* || confessiones: *p.c. R*
54 ipsos: ipso *B*
55 fol. 210v

Lectores vero artium non se putent propterea exemptos a choro et refectorio, sed diebus dominicis et festivis assistant missae conventuali, vesperis et matutinis. In quadragessima vero, adventu et sextis feriis eodem modo ieiunent quo ceteri fratres conventus, adque communem observent abstinentiam in qualitate et quantitate ciborum.

### **6.** Istae sunt confirmationes

Confirmamus ordinationem factam in capitulo praecedenti Palentino 24 aprilis 1575, qua cavetur ne prior cuiusvis conventus eligi possit in priorem alterius conventus ante biennium completum in officio suo, neque suppriores aut lectores in eadem domo, ubi haec ministeria exercuerint, quod, si secus factum fuerit electio sit irrita ipso facto.

Item confirmamus antiquam huius provinciae ordinationem, et de novo praecipimus in virtute Spiritus Sancti et sanctae obedientiae sub praecepto, ut nullus ingrediatur cellam alterius quocumque fratre intus existente, excepta cella prioris, in qua omnes, et cella magistri novitiorum, in qua sibi subditi libere ingredi poterunt. In cellis autem magistrorum in theologia et eorum qui officio provincialatus functi fuerint, liber erit ingressus, nisi a signo quod fit post completorium usque ad primam sequentis diei. Priores vero nullam omnino habeant potestatem dispensandi generaliter in hoc praecepto, sed / supprioribus suis ita poterunt dare licentiam generalem, ut tamen noctu nullus ad eorum cellas pateat ingressus, revocamusque omnes licentias, si quae forte sint in contrarium.

Item confirmamus illam ordinationem ne suppriores in duobus capitulis continuis absoluti instutui possint in eodem conventu. Quoad superiorisas autem, ut uniformitas in nostra provincia servetur, statuimus et declaramus illarum officium bienio tantum durare, post quod tempus, si priorisae de consilio matrum placuerit, eamdem iterum eligere, liberum erit hoc facere.

57 exemptos: esentos *R*

**6.**4 ante biennium: antibiennium *R*
6 ubi: in qua *B*
15 quod: quo *R*
17 fol. 211r
18 eorum: illorum *B*

Item confirmamus illam ordinationem qua praecipitur in virtute Spiritus Sancti et sanctae obedientiae omnibus praesidentibus nostrorum conventuum vel domorum, ut, cum aliquis frater obierit, cuius libri vel alia bona inter illum conventum aut domum, ubi moritur et alium conventum sive domum dividenda sint universa bona ad fratrem ipsum qui obiit pertinentia, scribantur aut scribi faciant coram duobus fratribus dicti conventus et ipso praelato, subscriptis etiam nominibus ipsorum trium et serventur huiusmodi bona, ut opportuno tempore inter ipsos conventus aut domos dividantur.

Item illam qua sub praecepto praesidentibus mandatur, ut si, quando eis visum fuerit expedire sub praecepto interdicere ne quis de electione loquatur, ipsi etiam, idipsum quod aliis praecipuunt, servare teneantur.

Praeterea confirmamus illam quod fratres assignati ad / aliquem conventum vel quomodolibet deputati per reverendum patrem provincialem, omnino recipiantur a presidentibus conventuum, neque quovis modo ullo quaesito colore ad patrem provincialem remittantur.

Sed, si praesidentes ipsi iudicaverint aliter expedire, ad patrem provincialem scribant et responsum expectent. Interim apud se fratrem vel fratres, retinendo et benigne tractando. Qui autem contra fecerint, omnino et absque ulla dispensatione a suis officiis absolvantur.

Et quoniam supprior de Truxillo non recepit fratrem quemdam assignatum, sed remisit illum ad patrem provincialem, condemnamus illum ad poenas gravis culpae per tres dies continuos. Et similiter patres, qui ei fuerunt a consiliis damnamus ut in terra ieiunent in pane et aqua in uno prandio, praecipientes priori domus ut quam primum ad dictum conventum pervenerit sententiam hanc executioni mandet.

In omnibus autem licentiis seu assignationibus, quas nunc et in posterum dari contingerit, dies signetur in quo talis licentiae vel assignationis usus incipit. Alioquin fratres ipsi puniantur tamquam sine licentia vagantes. Assignationes nihilomonus suum sorciantur efectum.

32 scribantur: scribant *R*
37 illam: illa *R*
39 quid: quis *R*
41 fol. 211v
48 benigne: begnine *R* || autem: *om. B*
55 in uno prandio: *in marg. sin. ad signum + R*
59 contingerit: contigerit *R* || signetur in quo: signentur *B*

Revocamus omnes licentias utendi lineis ad carnes, obsecrantes reverendum patrem nostrum provincialem, nisi magna urgente necessitate lineorum usum / nemini concedat.

Revocamus etiam omnes licentias, si quae forte sint, habendi et retinendi pecunias extra commune depositum: praecipientes districte omnibus praelatis seu praesidentibus conventuum ut, si quando repererint subditos suos vel in recipiendis pecuniis vel in expendendis vel in mutuandis aut distrahendis rebus aliis ea quae in praecedenti capitulo ordinata sunt transgredi vel eleemosinas pro missis dicendis, sine expressa licentia, recipere vel numerum missarum occultare, omnino eos ad poenam gravioris culpae tamquam proprietarios condemnent; super hoc praelatorum conscientias onerantes. Quod, si fratres laicos reperiant missarum numerum aut eleemosinas pro missis dicendis recipere, eadem poena puniant aut patri nostro provinciali manifestent.

Admonemus omnes et singulos fratres et sorores in electionibus canonicis vocem habentibus ut omnino servent ordinationem factam in capitulo generali Barquinonensi de praemittenda confessione sacramentali et recipiendo divinissimo sacramento Euchatistiae ante celebrationem electionis sub poena privationis vocis activae.

Praeterea, quoniam in dicto capitulo Barquinonensi ordinatum fuit ut in domibus, ubi viget studium generale, omni feria quarta vacante, debeant fratres tam publice quam privatim recitare officium de angelico doctore nostro Thoma Aquinate, et volentes ut haec uniformiter observentur, praecipimus ut in dictis feriis quartis, omnino vacantibus, officium fiat de communi confessorum cum antiphona ad matutinas super psalmos *Iste sanctus digne* etc.; / cum responsoriis tertii nocturni; antiphona vero ad *Magnificat* et ad *Benedictus*, seu ad memoriam de communi confessorum assumantur, illud tamen semper observandum ut omnino sit vacans feria quarta. Neque ullo modo propterea reiiciatur festum trium lectionum.

63 lineis: ligneis *R*
64 nostrum: *om. B*
65 lineorum usum: lignorum usuum *R* || fol. 212r
75 reperiant: reperient *B*
90 *digne* etc: et *B* || fol. 212v
91 antiphona vero: antiphonae *B*
92 *Benedictus*: antiphonae vero ad *Magnificat add. cancellatum R* || memoriam: similiter *add. B* || confessorum: *post aliquam correctionem R*

Praecipimus omnibus et singulis prioribus seu praesidentibus conventuum habentium beneficia ecclesiastica, ut pro solutione annatarum et quindeniorum deferant secum litteras, quas sanctissimus noster Gregorius XIII expedivit, et in communi deposito conservent.

Denuntiamus etiam eumdem sanctissimum dominum nostrum concessisse plenariam indulgentiam et peccatorum remissionem omnibus christifidelibus inter essentibus processionae faciendae in domibus nostris dominica infraoctavas Corporis Christi, ut plenius in dictis litteris continetur. Quarum trasumptum praecipimus omnibus praelatis conventuum nostrorum secum deferant ad suos conventus et suo trempore publicari faciant.

Confirmamus ordinationem praecedentis capituli de non eundo ad curiam absque licentia reverendi patris nostri provincialis in scriptis habita. Et praecipimus in virtute Spiritus Sancti et sanctae obedientiae ut ea firmiter observetur, itemque sub poena gravioris culpae per triginta dies nemo audeat extra claustra monasterii dormire, ubi conventum Ordinis habuerimus. Priores vero qui negligentes / fuerint in executione harum poenarum absolvantur ab officiis suis.

Confirmamus praeterea illam quod nullus recipiatur ad ordinem nisi sciat grammaticam taliter ut absque alia diligentia aut studio possit dialecticam et theologiam audire. Qui vero contra hanc ordinationem posthac recepti fuerint nullo modo ad professionem admittantur, et praelatus qui ad habitum religionis eos receperit absolvatur ab officio in poenam.

## **7.** Haec sunt nomina defuntorum

Ex conventu Segoviensi frater Marchus del Cardoso, sacerdos et pater antiquus; frater Ioannes de Sancto Ginesio, laicus.

Ex conventu Palentino frater Franciscus de Sancto Paulo, sacerdos et pater antiquus; frater Antonius Sanctius, sacerdos et pater antiquus; frater Ioannes de Basurto, sacerdos et pater antiquus.

114 fol. 213r

**7.**2 del Cardoso: de Cardoso *B*
3 Ginesio: Genesio *R* | Ginesio *B*

Ex conventu Zamorensi frater Andreas Vaca, sacerdos; frater Hieronymus de la Serna, sacerdos et pater antiquus; frater Ioannes Carreño, sacerdos et pater antiquus; frater Antonius Vaca, laicus.

Ex conventu Compostellano frater Martinus de Uraña, sacerdos e pater antiquus.

Ex conventu Toletano frater Petrus Gonzalez, diachonus; frater Augustinus de Sancto Paulo, acolitus.

Ex conventu Salmantino admodum reverendus pater frater Mantius de Corpore Christi, Magister; reverendus pater frater Alfonsus de Hontiveros, quondam provincialis et praedicator generalis; frater Franciscus de Torres, sacerdos et pater antiquus; frater Petrus de Torre, sacerdos et pater antiquus; frater Antonius de Villegas, sacerdos et pater antiquus; / frater Andreas de Sancto Hieronymo, sacerdos; frater Hieronymus de Torres, subiachonus; frater Matthias de Sancta Maria, laicus, et quidam donatus.

Ex conventu Burgensi frater Ioannes de Sarabia, sacerdos et praedicator generalis; frater Sebastianus del Castillo, sacerdos.

Ex conventu Legionensi frater Michael de Aguiar, sacerdos; frater Petrus de Rojas, sacerdos; frater Ioannes de Neira, sacerdos.

Ex conventu Civitatensi pater frater Franciscus de Tordesillas, sacerdos et pater antiquus; frater Christoforus de Sancto Dominico, sacerdos et pater antiquus; frater Ferdinandus Bustillo, sacerdos.

Ex conventu Vallisoletano frater Martinus de la Cruz, sacerdos et pater antiquus; frater Ioannes de Valencia, diachonus; frater Petrus Zeberio, acolitus; frater Franciscus Martinez, laicus.

Ex conventu Benaventano frater Petrus Martyr, sacerdos et pater antiquus.

Ex conventu Victoriensi frater Ioannes de Berriatua, sacerdos et pater antiquus; frater Thomas de Santa Maria, sacerdos et pater antiquus.

Ex coventu Taurensi frater Martinus de Maiza, Praesentatus et pater antiquus; frater Franciscus de Sancta Maria, sacerdos et pater antiquus; frater Andreas de Oviedo, praedicator generalis et pater

8 Hieronymus: Iheronimus *R*
9 Carreño: Carreno *R* | Carreño *B*
15 Christi: Viri nota dignissimi *add. in marg. sin. cum littera saec. XVIII R*
18 Torre: Torres *B*
19 fol. 213v
20 Hieronymus: Iheronimus *R* | Hieronimus *B*
21 Matthias: Andreas *B* | Matias *R*
29 Vallisoletano: Vallisoletani *R*
34 Victoriensi: de Victoria *B* || Berriatua: Birriatua *R*
39 Oviedo: Ubiedo *B*

antiquus; frater Ioannes de Lerma, sacerdos; frater Christoforus de Puga, sacerdos; frater Thomas Gomez, sacerdos.

/ Ex conventu Ripaviensi frater Franciscus de Avila, sacerdos et pater antiquus; frater Antonius de Olivari, sacerdos et pater antiquus.

Ex conventu Coruniensi frater Franciscus de Rucandio, sacerdos et pater antiquus; frater Dominicus Ordoñez, sacerdos; frater Marchus de Sancto Augustino, laicus; frater Rodericus de la Madalena, laicus; frater Sebastianus de Sancto Dominico, laicus.

Ex conventu Lucensi frater Paulus de Sancta Maria, sacerdos et pater antiquus; frater Blasius de Cruce, sacerdos et pater antiquus; frater Didacus de Sancta Catherina, sacerdos ; frater Alphosus de Sancto Dominico, laicus.

Ex conventu Tuicensi frater Petrus de Lima, sacerdos, et frater Simon Vicente, sacerdos.

Ex conventu de Piedrahita frater Baltasar de los Reyes, sacerdos et pater antiquus; frater Ioannes de Sancto Augustino, sacerdos et pater antiquus; frater Franciscus de Abalos, diachonus; frater Lucas de Sancta Maria, subdiaconus; frater Gregorius de Mendiola, acolitus.

Ex conventu de Nieba frater Ludovicus de Silva, praedicator generalis et pater antiquus; frater Ioannes de Sagrameña, sacerdos et pater antiquus; frater Philippus de Ribera, sacerdos; frater Dionisius Manso, diachonus; frater Paulus de Sancta María, laicus.

Ex conventu Vivariensi frater Alfonsus Lopez, sacerdos et pater antiquus; frater Alfonsus Aviles, laicus.

Ex conventu de Huete frater Ioannes Baptista, sacerdos et pater antiquus; frater Dominicus de Carralero iuvenis.

Ex conventu de Peñafiel frater Alfonsus de la Torre, prior eiusdem conventus.

/ Ex conventu de Villalon Frater Dominicus de Cruce, sacerdos et pater antiquus; frater Ioannes de Medina, laicus.

42 fol. 214r
43 Olivari: Olibaria *B*
45 Coruniensi: Cruniensi *B* || Rucandio: Rucandia *B*
51 frater Didacus-sacerdos: *om. B*
53-54 Ex conventu Tuicensi-sacerdos: *om. B*
57 Franciscus de Abalos: Chistoforus de Avalos *B*
61 Sagrameña: Sagraduña *B*
62 Ribera, sacerdos: et pater antiquus *add. B*
66 Huete: Guete *R*
70 fol. 214v

Ex conventu de Valencia frater Ioannes de Lerma, prior eiusdem conventus.

Ex conventu Lucruniensi frater Thomas de Ribas, sacerdos et pater antiquus; frater Melchior Muñoz, sacerdos.

Ex conventu de Rojas frater Ioannes de Montenegro, sacerdos et pater antiquus.

Ex conventu de Tordesillas frater Christoforus de Gauna, sacerdos.

Ex conventu Sancti Petri Dominarum frater Christophorus Verdugo, sacerdos.

Ex conventu Rupis Franciae frater Bartholomaeus de Mata, sacerdos et pater antiquus; frater Ioannes de Arreo, laicus; quidam novitius laicus; quidam donatus.

Ex conventu de Truxillo frater Thomas de Corte, sacerdos et pater antiquus; frater Antonius de las Cuevas, sacerdos et pater antiquus; frater Petrus de la Encarnatione, sacerdos.

Ex conventu de Palacios frater Petrus de los Reyes, sacerdos et pater antiquus; frater Didacus de Mata, sacerdos.

Ex conventu Astoricensi frater Augustinus Sarmiento, sacerdos et pater antiquus.

Ex conventu de Cisneros frater Andreas de Baldarcos, sacerdos et pater antiquus.

Ex conventu Sancti Felicis frater Petrus de la Cruz, prior eiusdem conventus et praedicator generalis.

Ex conventu Placentino [frater] Hieronymus de Tapia, prior / eiusdem conventus et praedicator generalis; frater Philippus de Bargas, sacerdos et pater antiquus; frater Gundisalvus de Reinoso, praedicator generalis; frater Nicholaus Hernandez, sacerdos; frater Ioannes Monroi, sacerdos; frater Franciscus de Sancta Maria laicus.

Ex collegio Sancti Gregorii frater Antonius Delgado, sacerdos.

Ex conventu Abulensi reverendus pater frater Petrus Serrano, magister; frater Bernardus de Ledrada, sacerdos et pater antiquus; frater Franciscus de Ledrada, sacerdos et pater antiquus; frater Alfonsus Medel, sacerdos et pater antiquus.

Ex conventu de Carboneras frater Didacus Sedeño, sacerdos et pater antiquus.

Ex conventu de Villada frater Petrus Ortiz, sacerdos.

Ex conventu de la Vera quidam donatus.

83 antiquus: et *add. B*
96 [frater]: *om. R* || Hieronymus: Iheronimus *R* | Hieronimus *B* || fol. 215r

Ex conventu de Trianos frater Paulus de Tablares, sacerdos et pater antiquus; frater Ioannes de Toledo, sacerdos; frater Bartholomaeus de los Arcos, laicus, et quidam novitius clericus.

Ex conventu de Guadalaxara frater Leonardus de Sancto Martino, laicus.

Ex conventu de Madrid frater Ioannes de Sancto Dominico, sacerdos et pater antiquus; frater Dominicus de Aguilera, sacerdos et pater antiquus; frater Michael de Falces, sacerdos; frater Andreas de Zamora, laicus; frater Mancius, laicus.

Ex conventu de Cuenca frater Didacus de Quesada, sacerdos.

Ex conventu de Caceres frater Ioanes de los Reyes, sacerdos et pater antiquus.

Ex collegio Complutensi frater Alfonsus de Viedma Praesentatus et Rector eiusdem colegii; frater Dominicus de Cruce, sacerdos, et frater Dominicus de Sancta Cruce, laicus.

/ Ex conventu Ocaniensi frater Thomas de Veleña, sacerdos et pater antiquus, et frater Thomas Marza, laicus.

Ex conventu de Carrion frater Didacus de Colmenares, sacerdos et pater antiquus, et quidam donatus.

Ex conventu de Galisteo frater Hieronymus de Gongora, prior eiusdem conventus; frater Alfonsus de Cuellar, sacerdos et pater antiquus; frater Antonius de Chaves, sacerdos; frater Ioannes de Aguilar, sacerdos; frater Dominicus de Cruce, sacerdos.

Ex conventu de Sancto Sebastiano frater Christoforus de Sancto Laurentio,sacerdos et pater antiquus; frater Franciscus de Garai, sacerdos et pater antiquus.

Ex conventu de Aranda frater Didacus de Ortuño, sacerdos et pater antiquus.

Ex conventu de Villaescusa frater Rodericus de Burgos, prior eiusdem conventus; frater Lucas Lucius, sacerdos.

Ex conventu de Rioseco frater Petrus de la Reina, sacerdos et pater antiquus; frater Hieronymus Flores, sacerdos.

120 Cuenca: Quenca *R* || Quesada: Quesa *R* | Quesasa *B*
125 Dominicus: Marcus *B*
126 fol. 215v || Veleña: Beleña *B*
127 Marza: de *antep. B*
130 Hieronymus: Iheronimus *R* || Gongora: hijo de San Esteban *add. cum littera saec. XVIII R*
131 Alfonsus: Illefonsus *B*
133 Aguilar: *littera* A *interl. R* || frater Dominicus-sacerdos: *om. B*
140 eiusdem conventus: et pater antiquus *B* || Lucius: Lucio *B*
142 Hieronymus: Iheronimus *R*

Ex conventu Complutensi frater Franciscus de Sancto Paulo, sacerdos.

Ex conventu de Quintanilla frater Ioannes de Castromocho, sacerdos et pater antiquus; frater Petrus de Sancto Hieronymo, sacerdos et pater antiquus; frater Ioannes de Coca, sacerdos.

Ex conventu de Betanzos frater David de Gilanda, sacerdos.

## **8.** Istae sunt condemnationes

Condemnamus fratrem Didacum Nieto, filium conventus Burgensis propter ipsius facinora et crimina ingentia, quae secundum leges civiles poena mortis essent / punienda, condemnamus ut, exutus habitu Ordinis, mittatur perpetuo ad trirremes. Praecipimus autem in virtute Spiritus Sancti et sanctae obedientiae sub praecepto priori seu praesidenti conventus Burgensis ne illum habitu exuat aut ad trirremes mittatur, nisi prius per reverendum patrem provincialem mittatur illi forma servanda in re hac, et usque ad id temporis cogant illum poenas gravioris culpae subire positivas absque ulla remissione aut indulgentia.

## **9.** Suffragia pro vivis

Pro sanctissimo domino nostro Gregorio XIII et felicissimo statu Sanctae Romanae Ecclesiae quilibet conventus unam missam.

Pro catholico et invictissimo rege nostro Philippo, praeter quotidianas preces quas in singulis conventibus fieri mandamus, ac pro catholica maiestate reginae nostrae et serenissimis principibus cum prole regia quilibet conventus unam missam.

Pro reverendissimo et illustrissimo domino episcopo Placentino ex ordine nostro assumpto et nostri capituli benefactore, et pro reverendissimo et illustrissimo domino episcopo Abulensi et eiusdem capituli nostri benefactore, et pro reverendissimo ac illustrissimo episcopo Salmantino acque Illustrissimo et reverendissimo

146 Hieronymo: Iheronimo *R*
148 Gilanda: Irlanda *B*

**8.**2 Nieto: Mira la fée de profesion. Es el unico expulso *in marg. sin. cum littera saec. XVIII add. B*
4 fol. 216r

Burgensi, pro alma ecclesia Abulensi et reverendissimo eius capitulo, quae congregationem nostram decoravit et amplam eleemosinam dedit, simul etiam pro illustribus dominis civibus huius civitatis specialibus nostri capituli benefactoribus, quilibet conventus unam missam.

/ Pro illustrissimis dominis comite Benaventano, duce de Osuna, marchione de Velada, marchionisa de las Navas, qui copiosam eleemosynam pro expensis capituli contulerunt atque etiam pro aliis illustribus nostrae congregationis benefactoribus et pro omnibus aliis qui pro sumptibus capituli eleemosynas fecerunt, quilibet conventus unam missam.

### **10.** Suffragia pro defunctis

Pro illustrissimo ac reverendissimo archiepiscopo Toletano defuncto et pro fratribus et sororibus defunctis in nostra provincia a praecedenti capitulo, quilibet sacerdos unam missam.

### **11.** [Ultimae determinationes]

Concedit admodum reverendus pater noster vicarius generalis, electus Provincialis, omnibus fratribus et sororibus nostrae provinciae, quod alias est expositum, confessorem nostrae provinciae semel tantum eligere valeant et ab eodem de praeteritis casibus et censuris, quae usque ad notitiam praesentium incurrerunt, absolvi possint, sicut ab ipso nostro reverendo patre provinciali poterant absolvi.

Mandamus in virtute Spiritus Sancti et sanctae obedientiae sub praecepto / omnibus sociis conventuum ac etiam praesidentibus non habentibus socium ut acta huius capituli fideliter scribant et nostris nominibus subscriptis ad suos conventus deferant, mandantes omnibus praesidentibus conventuum et domorum ut tam constitutiones nostras et acta capituli generalis et provincialis,

**9.**13-24 Abulensi– missam: *R* | *mutat ordinem horum episcoporum et benefactorum B* || Abulensi: Abulense *R*
18 fol. 216v

**11.**4 est: *om. B*
10 fol. 217r

adque ordinationes a reverendo patre nostro provinciali in visitationibus factas bis per annum publice legi faciant.

Sententias iudicum approbamus.

Sequens capitulum assignamus ad conventum Sancti Dominici de Victoria celebrandum dominica *Deus qui errantibus*, die 10 mensis maiii anni 1579.

Auctoritatem etiam nostram reservamus usque ad feriam secundam inclusive; deinceps reverendo patri nostro provinciali eam committimus.

Datis ut supra.

**12.** [Subscriptiones et rubricae autographicae]

Frater Stephanus Coello, Vicarius Generalis
Frater Dominicus de la Parra, diffinitor
Frater Hieronymus de Almonacir, diffinitor
Frater Alonsus de Sancto Dominico, diffinitor
Frater Hernandus de Castillo, diffinitor.

19 Victoria: Soria *a. c. R*
24 Datis ut supra: *om. B*

**12.**1 *om. R B*

## ACTA DEL CAPÍTULO DE 1579

### Introducción

El manuscrito del Archivo General de la Orden de Predicadores de Roma (AGOP) nos presenta con todas las garantías el texto original; es su texto (R) el que me va a servir de base. El acta viene corroborada al final con las firmas autográficas del padre provincial y de los cuatro definidores. El códice del archivo de la catedral de Burgos contiene una copia fiel del siglo XVI muy poco posterior al original; las variantes de este manuscrito (B) con respecto al texto base van en el aparato crítico.

En esta acta se confirman las ordenaciones de los precedentes capítulos de Palencia (de 1575) y de Ávila (de 1577), y se dan algunas leves ordenaciones nuevas, como la prohibición del juego de las cartas en los conventos entre los frailes. Más importante es la obligación que se impone a los conventos de enviar al convento de Salamanca los privilegios que hayan recibidos de la curia real o pontificia, con la finalidad de elaborar un catálogo, que se conservará en el archivo y servirá al provincial y a sus representantes en el gobierno de la provincia en sus relaciones con el Maestro de la Orden, la corte regia y la curia papal.

Se estimula a los frailes a su entrega al estudio, a la oración y a emplearse con celo y diligencia a los ministerios de la predicación y de las confesiones. Se habla de la exigencia de atender también a los encarcelados en el cumplimiento obligatorio de los citados ministerios. Como garantía de una buena preparación teológica en el cumplimiento obligatorio de esos menesteres apostólicos, se exige un proceso de exámenes ante los Maestros o los Bacaláureos en Sagrada Teología, que estén indicados para ello.

Se ordena asimismo que, como se ha establecido en el Capítulo General de Barcelona de 1574, después del rezo de las completas, de los maitines y de la oración de nona, se tenga un cuarto de hora de meditación. En el nombre del rey Felipe II se manda finalmente que en los conventos se tengan oraciones y sufragios por las fuertes calamidades que se dan en el reino.

## [ACTA CAPITULI PROVINCIALIS VICTORIAE ANNI 1579]

†

Haec sunt acta capituli provintialis celebrati in conventu Sancti Dominici de Victoria Priori Provintiali existente Reverendo admodum Patre fratre Stephano Coello, diffinientibus reverendis patribus fratre Ioanne de Porras, Priore supradicti conventus; fratre Dominico de Ulloa, Praesentato, Priore Palentino; fratre Bernardo de Lerma, Praesentato, Priore Burgensi; fratre Thoma de Guzman, Rectore Complutensi ac Praesentato, anno Domini 1579, decima die mensis Maii etc.

### **1.** Istae sunt absolutiones

Absolvimus omnes suppriores et vicarios omnium conventuum tam habentium priores quam non habentium, exceptis suppriore Vallisoletano, et suppriore Sanctae Mariae de Nieva, et suppriore Ovetensi propter breve tempus transactum in suis officiis, quibus usque modo fungebantur.

### **2.** Istae sunt praesentationes

Exponimus ad legendas sententias pro forma et gradu magisterii exclusive fratrem Martinum / Gutierrez ex conventu Vallisoletano, fratrem Didacum Mardones ex conventu Burgensi, fratrem Didacum de Contreras ex conventu Segoviensi, fratrem Franciscum de Avila ex conventu Abulensi, fratrem Ioannem de Sancto Petro ex conventu Vallisoletano.

†: *in marg. superiori R* | Victoriae *in marg. superiori B*
1 fol. 220r
2 Priori-admodum: sub admodum Reverendo Patre nostro Provinciali *B*
4 supradicti: eiusdem *B*
5 Praesentato: et *add. B* || Palentino: et *add. B*
7 Guzman: Priore et *add. B* || ac: et *B*
8 etc.: *om. B*

**1.**3 priores: suppriores *R*

**2.**3 fol. 220v

Acceptamus praeterea fratrem Franciscum de Pereda ex conventu de Madrid in eodem gradu, ut sic debitam exhibeamus reverentiam Reverendissimo Patri nostro Generali felicis recordationis, qui paulo ante obitum illum exposuit et instituit.

## **3.** Istae sunt creationes

Creamus in predicatores generales sequentes patres: fratrem Bernardum de Lerma, Praesentatum et Priorem Burgensem et diffinitorem huius capituli, pro eodem conventu; fratrem Franciscum Velez, rectorem collegii Vallisoletani, pro conventu Compostellano; fratrem Alphonsum de Rojas, Praesentatum et Priorem nostri conventus de Medina del Canpo pro eodem conventu; fratrem Ioannem de Moraga, Priorem de Huete, pro conventu de Lugo; fatrem Christoforum de Estrada, Priorem de Leon, pro conventu de Merida; fratrem Didacum de Alderete, Priorem de Hita, pro conventu de Aranda; fratrem Ioannem de Zaballos, Priorem de Riofrío pro conventu de Talavera; fratrem Thomam de Castro, Priorem de Villada, pro conventu de Vivero; / fratrem Antonium de Espinosa, Priorem de Tordesillas, pro conventu de Nieva; fratrem Andream de Santollano, Priorem de Palacios, pro eodem conventu; fratrem Petrum de Vera, Priorem de Cisneros, pro eodem conventu; fratrem Geordium de Gobea, Priorem de Villalon, pro conventu de Sant Julian; fratrem Michaelem de Valmaseda, Priorem de Tudela, pro conventu de Astorga; fratrem Andream de Busto, Priorem de Stella, pro eodem conventu; fratrem Ioannem de Villafranca, Priorem de La Coruña, pro conventu de Pontevedra; fratrem Ioannem de Arcediano, Priorem de Peñafiel, pro conventu Trianos; fratrem Martinum Palomeque, ex conventu de Avila, pro eodem conventu; fratrem Ioannem Ruiz, ex conventu de Benavente, pro conventu de las Nabas; fratrem Ludovicum Centellas, ex conventu de Madrid, pro conventu de Guadalajara;

11 instituit: Para entender derechamente esta nómina véase el Capítulo General de Roma de 1580 *add. in marg. sin. cum littera saeculi XVIII R*

**3.**7 nostri conventus: *om. B*
12 de Talavera: la Vera *B*
12-13 fratrem Thomam-Vivero: fratrem Antonium Mexiam pro conventu de Vivero *B*
13 fol. 221r
18 Valmaseda: Balmaseda *R*
20 Busto: *verbum non bene servatum in R* | Busto *B*

fratrem Thomam de Mendoza, ex conventu de Medina del Campo, pro conventu de La Coruña; fratrem Ioannem Lopez, ex conventu de Rioseco, pro conventu de Betanzos; fratrem Ioannem de Segovia, ex conventu de Vitoria, pro conventu de Panton; fratrem Ioannem de Salamanca, ex conventu Burgensi, pro conventu de Sancto Saturnino; fratrem Andream de Pineda, ex conventu de Sant Sebastian, pro eodem conventu.

### **4.** Istae sunt institutiones

Instituimus et damus in vicarium regni Galleciae / admodum Reverendum Patrem fratrem Petrum Puertocarrero, Magistrum et Priorem Compostellanum, quem praeficimus dictae provinciae cum ea potestate quam in temporalibus et spiritualibus habere solent huiusmodi vicarii tam ex vi sanctarum nostrarum Constitutionum et ordinationum quam ex consuetudine.

Item instituimus in vicarium de Soria fratrem Alfonsum Giron, Praedicatorem Generalem ex eodem conventu, et committimus admodum Reverendo Patri nostro Provintiali ut, visa et intellecta domus dispositione, creet Priorem illius conventus, si ita iudicaverit expedire.

Item in vicario de Bilbao fratrem Laurentium de Abarca, Praedicatorem Generalem, ex conventu Toletano.

In vicarium conventus Sancti Iuliani del Monte fratrem Petrum de Salazar, ex eodem conventu, et committimus admodum Reverendo Patri nostro Provintiali, quod, si facultas et dispositio domus id permiserit, iubeat fratres ad electionem Prioris in ea domo procedere, idemque fieri praecipiat in aliis conventibus, qui vicariae dicuntur, secundum formam nostrarum sanctarum Constitutionum; intelligentes sic commodius leges et ceremonias nostras posse obsevari tam in choro quam in aliis.

Item instituimus in vicarium nostri conventus de las Nabas fratrem Thomam de Quiros, nunc suppriorem de Leon. In vicarium de Panton fratrem Hieronymum de Azpeitia, / ex eodem conventu. In vicarium de Betanzos fratrem Dominicum de Salas ex

32 de-Saturnino: Sancti Saturnini *B*

**4.**2 fol. 221v
25 Azpeitia: Azpetia *R B* || fol. 222r

eodem conventu. In vicarium de Merida sub titulo Prioris fratrem Dominicum de Porras, nunc suppriorem de Trianos.

Et tandem confirmamus in Priorem Sancti Saturnini cum ea potestate, qua gaudent aliorum conventuum priores, fratrem Petrum de Soto ex eodem conventu.

## **5.** Confessores monialium

Pro conventu Sancti Dominici Regalis de Madrid fratrem Didacum de Sancto Paulo, ex conventu de Atocha, et fratrem Nicolaum de Castillejo, ex conventu de Caleruega, et fratrem Ioannem Esquioz, ex conventu de Ciudad Rodrigo.

Pro conventu Sancti Dominici Regalis de Toledo fratrem Augustinum Marin, ex conventu Vallisoletano; fratrem Petrum Ruiz, ex conventu de Aldeanueva; fratrem Didacum del Valle, ex conventu de Medina del Campo.

Pro conventu Matris Dei de Toledo in confessores fratrem Didacum de Berrio, ex conventu Toletano, et fratrem Didacum de la Encarnacion, ex dicto conventu Matris Dei; in procuratorem fratrem Petrum de Frias, ex eodem conventu.

Pro conventu de Belmonte fratrem Ioannem Lozano, ex eodem conventu; fratrem Ioannem Diez, ex conventu Burgensi.

Pro conventu de Caleruega fratrem Rodericum Saez, ex Collegio Complutensi, et fratrem Didacum de Zarate, ex conventu de Bilbao, quem etiam damus in vicarium.

Pro conventu de Cifuentes fratrem / Ioannem de Sancto Dominico, ex conventu de Vitoria, in vicarium et confessorem; et in procuratorem et confesssorem fratrem Alfonsum de Villena, ex conventu de Madrid.

Pro conventu de Medina del Campo fratrem Vincentium de Caceres, ex conventu Sancti Dominici Regalis de Madrid, et fratrem Petrum de Vitoria ex conventu Sancti Dominici Regalis de Toledo.

Pro conventu de Sancto Cebrian fratrem Matthaeum de la Cruz et fratrem Alfonsum de la Sierra, ex eodem conventu.

Pro conventu de Benavente fratrem Franciscum de Valbuena, ex conventu de Mombeltran, fratrem Paulum de Sancto Andrea, ex eodem conventu.

**5.**11 Toletano: Sancti Petri Martyris de Tolledo *B*
19 fol. 222v

Pro conventu de Olmedo fratrem Alfonsum de Colmenares, ex eodem conventu, quem etiam damus in vicarium.

Pro conventu de Quexana fratrem Bartholomaeum Quadrado, ex conventu de Villaescusa; fratrem Ioannem de Otazo, ex conventu de Bilbao.

Pro conventu de la Casa de la Reina fratrem Christoforum de la Jara, ex conventu de Trianos; fratrem Paulum de Sancto Dominico, ex conventu Sancti Dominici Regalis de Madrid.

Pro conventu de Lequeitio fratrem Antonium Parrilla, ex conventu de Huete; fratrem Petrum de Nafarrate, ex conventu Palentino.

Pro conventu de Aldeanueva fratrem Ioannem de Gamarra, ex conventu de Vitoria et fratrem Franciscum Vaca, ex conventu Palentino, et fratrem Petrum Ortiz, ex conventu de Vitoria, quem damus etiam in vicarium.

**6.** Istae sunt assignationes

Instituimus et damus in suppriorem nostri conventus Abulensis / fratrem Dominicum Gomez, ex conventu de Peñafiel; fratrem Martinum Nafarrate in suppriorem nostri conventus de Guadalajara, ex conventu de Alcala; fratrem Hieronymum Negro in suppriorem nostri conventus de Alcala, ex eodem conventu; fratrem Andream de Sancto Thoma in suppriorem nostri conventus de Medina del Campo, ex eodem conventu; fratrem Gabrielem de Vacas in suppriorem nostri conventus de Ocaña, ex eodem conventu; fratrem Balthasar Lopez in suppriorem nostri conventus de Valencia, ex conventu de Astorga; fratrem Michaelem de Sancta Maria in suppriorem de Toledo, ex conventu de Segovia; fratrem Ludovicum de Laguna in suppriorem de Carrion, ex conventu de Cisneros; fratrem Petrum Fernandez in suppriorem de Tordesillas, ex conventu de Carrion.

Instituimus in praedicatorem nostri conventus de Alcala fratrem Ioannem de Soto, Praedicatore Generalem, cum gratiis et privilegiis, quibus similes praedicatores potiri solent in conventibus in

32 Olmedo: Holmedo *B*
35 Villaescusa: Villescusa *R* | Villascusa *B* || Otazo: Otaza *B*
40 Lequeitio: Lequetio *R B*

**6.**3 fol. 223r
11 de Valencia: de Astorga *a. c. R*

quibus, ad hoc munus exercendum, sunt assignati; fratrem Sebastianum Bravo pro conventu de Vitoria, ex conventu de Toro; fratrem Andream de Pineda pro conventu de Sancto Sebastiano, ex eodem conventu; fratrem Blasium de Santa Cruz pro conventu de Pamplona, ex conventu de Estella; fratrem Ludovicum de Medina pro conventu de Leon, ex conventu de Alcalá; fratrem Thomam de Mendoza pro conventu de Villalpando, ex conventu de Medina / del Campo; fratrem Balthasar Leon assignamus conventui de Lugo in praedicatorem de Villafranca, ex conventu Palentino; fratrem Antonium de la Cruz pro conventu de Toro, ex conventu de Logroño; fratrem Ioannem de Castro pro conventu de Carrion, ex conventu Burgensi; Fratrem Michaelem de Robles assignamus in praedicatorem conventui de Sancto Iuliano del Monte, ex conventu de Astorga.

Omnibus autem praedictis fratribus, qui in confessores et vicarios sororum, et in suppriores et praedicatores conventuum, et in vicarios etiam conventuum instituuntur, praecipimus in virtute Spiritus Sancti et sanctae obedientiae sub praecepto formali, ut infra mensem a notitia praesentium se praesentent conventibus seu monasteriis, quibus designantur, et ibi sua exerceant officia hic iniuncta, et praecepta. Illis autem confessoribus seu vicariis earumdem sororum, qui modo apud ipsas commorantur, sub eodem praecepto mandamus ut ad conventus quibus assignati sunt revertantur intra triginta dies, numerandos ab eo die quo patres confessores seu vicarii hic scripti praesentes fuerint monasteriis quibus deputantur.

## **7.** Istae sunt confirmationes

Confirmamus in primis ordinationem factam / in multis capitulis praecedentibus et de novo praecipimus in virtute Spiritus Sancti et sanctae obedientiae sub praecepto formali quod nullus possit intrare cellam alterius, quocumque fratre intus existente, exceptis cellis priorum, magistrorum novitiorum quoad sibi subditis,

26 fol. 223v
33 in: *om. B*
35 etiam: *om. B*

**7.**2 ordinationem: *p. c. R* || fol. 224r || multis: plurimis *B*
6 fratre: *cum quadam indicatione intus et in marg. sin. repetit R* || quoad-subditis: *om. B*

quam sibi subditi libere possint intrare. Cellas vero Magistrorum in Theologia et eorum qui officia provintialatus in nostra provincia functi fuerunt et suppriorum poterunt etiam fratres ingredi, nisi a signo quod fit post completorium usque ad primam sequentis diei. In quo praecepto priores, et multo minus suppriores et praesidentes nullam habent potestatem dispensandi cum fratribus generaliter. Revocamus omnes licentias, si quae forte in contrarium a quocumque sint concessae.

Confirmamus etiam illam plurimis nostris capitulis statutam, ne aliquis prior cuiusvis conventus eligi possit in priorem alterius conventus ante biennium completum in officio suo, et quod neque suppriores neque lectores eligi possint in priores illorom conventuum, in quibus haec officia exercent. Quod, si absque huius institutionis reverentia temeraria audacia hii electi fuerint, electio sit nulla.

/ Confirmamus etiam illam, ne aliquis intret curiam Regis absque expressa licentia admodum Reverendi Patris nostri Provincialis in scriptis concessa, eamque de novo mandamus in virtute Spiritus Sancti et sanctae obedientiae sub praecepto formali.

Confirmamus etiam illam prohibentem prioribus ne fratribus licentiam concedant itinerandi extra dietam, idque praelatis maxime commendamus.

Confirmamus etiam illam, quod fratres assignati vel quomodolibet missi in conventum aliquem, recipiantur a praesidentibus illorum conventuum, et quod nullo quaesito colore ad patrem nostrum Provincialem remittantur, sed rescribant dicto Patri nostro provinciali, si ita iudicaverint expedire, interimque dum responsum expectant et habent, ipsos fratres apud se retineant et benigne tractent. Et contra facientes a suis officiis absque dispensatione absolvantur.

Confirmamus etiam illam, quod bona fratrum defunctorum inter plures conventus dividenda, coram priore et aliis duobus fratribus numerentur et ipsorum nominibus catalogus factus subscribatur, serventurque debita custodia bona haec usquequo

7 possint: possunt *B*
8 eorum: sororum *B*
14 sint: sunt *B*
16 prior: *interl. p. c. R*
22 fol. 224v
29 vel: *interl. R* | *om. B*
37 illam: illa *B*
40 subscribatur: subscribantur *B*

oportuno tempore inter ipsos conventus ad quos attinent secundum praelatorum voluntatem / et dispositionem dividantur.

Item confirmamus illam in capitulo Palentimo ordinatam, quod nullus frater confessiones audiat neque publice populo christiano praedicet usque sit probatus et approbatus a duobus magistris, vel ab uno magistro et uno praesentato, qui non seorsum et segregati, sed simul existentes et audientes responsa eius qui probatur, tales licentias concedere debent. Quod si, non servata hac forma, concedantur, sint nullae.

Confirmamus etiam illam in capitulo Abulensi datam, quod processus et scripturae delictorum fratrum, dum ipsi vixerint, serventur clausae et signatae in aliquo conventu aut in aliquibus conventibus, et ipse pater noster provintialis secum deferat librum in quo sint scripta nomina eorum et penae ad quas condennati fuerint, et conventus ubi processus et scripturae custodiuntur.

Confirmamus etiam sub poena gravioris culpae per triginta dies statutam, ne aliquis fratrum extra claustra monasterii per unam vel plures noctes dormire praesumat in locis in quibus conventum aliquem nostri Ordinis habemus et priores, qui huius poenae executione negligentes fuerint, graviter puniantur.

Confirmamus tandem illam, ne aliquis fratrum / extra commune depositum pecunias servet, praecipientes quod deinceps intra unum vel duos dies quocumque modo habitas pecunias, ad commune deferat depositum. Oppositum autem sine licentia faciens tamquam voti paupertatis transgressor puniatur.

## **8.** Istae sunt ordinationes

Cupientes in primis plura scandala vitare, prohibemus omnibus fratribus nostris cartharum ludum, praecipientes in virtute Spiritus Sancti et sanctae obedientiae sub praecepto formali, ne quis aliquo tempore vel loco aliquid huiusmodi facere audeat. Totius fere Provinciae praecibus acquiescentes, praecipimus in virtute Spiritus Sancti et sanctae obedientiae sub praecepto formali omnibus

42 fol. 225r
45 usque: *intert. p. c. R* | antequam *B*
46 segregati: segregatim *B*
51 delictorum: delectorum *R*
59 aliquem nostri Ordinis: *om. B*
61 fol. 225v
62 pecunias: *om. B*

et singulis fratribus conventus Salmanticensis filiis et assignatis tam in capite quam in membris, quod privilegia omnia, quae nunc apud se retinent ex aliis conventibus delata, libere dent prioribus illorum conventuum, a quibus sunt assumpta aut ipsorum facultatem habentibus.

Ideoque mandamus etiam sub eodem praecepto prioribus, praesidentibus et depositariis, quod infra tres menses a notitia praesentium dicta privilegia a conventu Salmanticensi / requirant et in suis conventibus debita custodia servent summaque eorum statim ad nostrum Reverendum Patrem Provincialem deducantur et remittantur, ut unus omnium catalogus fiat qui sit apud nostrum Patrem Provintialem, et apud generales procuratores huius provinciae.

Ordinamus praeterea ne aliquis prophanos libros legat. Et qui oppositum fecerit ad poenam gravioris culpae absque aliqua dispensatione condemnetur et praelati in hoc negligenter se habentes acriter ab admodum Reverendo Patre nostro Provinciali puniatur.

Quoniam propter animarum salutem sacer Ordo noster institutus est, obsecramus praelatos omnes per viscera Domini nostri Iesu Christi et omnes etiam alios fratres super hoc conscientias ipsorum maxime onerantes quod in audiendis confessionibus et in habendis concionibus summam diligentiam adhibeant, specialiterque praecipimus praelatis quod frequenter, potissime vero quadragesimali tempore et in adventu et in iubilaeis mittant aliquos fratres, qui confessiones eorum audiant qui carceribus detinentur et qui eos in fide erudiant atque instruant, et praelati qui in hoc fuerint negligentes puniantur et a suis officiis suspendantur, et, si opus fuerit, absolvantur.

/ Ad evitandos etiam plures fratrum otiosos discursus et longos, et ne etiam sint conventibus onerosi mandamus magistris et praesentatis, quibus examen commissum est et approbatio eorum qui confessiones audire debent, quod absque mora aliqua et excusatione hos fratres ad se venientes examinent et pro idoneitate cuiscumque approbent et reprobent eos, non viva voce sed scripto hoc expresse declarando. Si quis autem fratrum ultra facultatem sibi concessam ab examinatoribus nostri Ordinis, confessionem

**8.**9 privilegia: previlegia *B*
11 illorum: aliorum *B*
15 fol. 226r
17 deducantur: *om. B*
35 fol. 226v

aliquam audire praesumpserit, tamquam sacrilegus gravioris culpae poenis gravissime puniatur.

Providentes etiam debitae defunctis pietati, declaramus quod, quando Priorem aliquem vel vicarium alicuius conventus non habentis priorem, ab hoc saeculo amoveri contingerit, fiant pro illo suffragia tam in illo conventu cui praesidebat quam in eo ubi erat assignatus ab omnibus fratribus dictorum conventuum. Et quoniam numerus fratrum exiguus est in multis conventibus, volumus et praecipimus propter hanc et alias causas quod tertia pars eorum bonorum quae ad usum quicumque frater ab hoc saeculo migrans habebat / vendatur et reddita pro his bonis pecunia in eleemosynas missarum detur, quae pro dicto fratre defuncto celebrentur, et praelati qui in hac pia defunctorum causa negligenter se habuerint puniantur maxime.

Permittimus tamen illis quod si haec tertia bonorum pars nimis numerosa fuerit, secundum prudentiae regulas moderetur, servata tamen in primis in defunctum pietate.

Ne ullo tempore a debitis legibus soluti simus, declaramus et volumus quod acta in hoc capitulo promulgata suam vim et robur habeant usquequo acta sequentis capituli in singulis conventibus promulgentur, et similiter ordinationes unius visitationis usquequo in sequenti visitatione aliae in publico capitulo seu loco legantur.

Quoniam finis assignationum est Deo et Ordini utilius servire, volumus quod notificationis tempus non differatur ultra viginti dies et alias nullam vim neque robur habeant, et hic dies notificationis ab ipso capitulo in assignatione signetur, similiterque in omnibus aliis licentiis, in quibus itinerandi facultas datur fratribus, signetur dies in quo unusquisque tali facultate gaudere incipit, et alias tamquam absque / licentia vagantes puniantur.

Ut fratres necesaria vestitui melius habeant, ordinamus quod in aliquo libro ea omnia scribantur quae dantur fratri a conventu discedenti, et proprio ipsius nomine subscribantur. Et praelatis mandamus ne vestitum hunc in pecuniam quamvis iustam commutent, sed in propria specie dent.

53 fol. 227r
57 tertia: : *interl. p. c. R*
62 usquequo: usque *B* || conventibus: capitulis *R*
64 aliae: *interl p.c. R*
67 neque: nec *B*
71 fol. 227v
76 specie: *interl. p. c. R*

Quoniam iustum est moniales sanctis et approbatis nostris moribus conformari quantum fieri potest, prohibemus ne deinceps aliqua ipsarum in priorisam reeligatur, sed in hoc servetur id quod in electionibus priorum servari solent.

Monialium confessores subditi sint prioribus eorum conventuum, qui sunt in oppidis et locis, ubi et ipsi confessores non aliter quam alii fratres.

Item ordinamus et volumus tempus orationis post completorium, matutinas et nonam durare per quartam partem horae, sicut ordinatum est in capitulo generali apud Barchinonam celebrato.

Quoniam rex noster Filippus maxima devotione / propter instantes regni calamitates orationes et suffragia a nobis diu fieri iubet, mandamus ut in hoc servetur forma superioribus diebus tradita ab admodum reverendo patri nostro provintiali et suis litteris singulis conventibus iniuncta atque praecepta.

Ut in capitulis nostris provintialibus omnia fiant secundum nostrarum sanctarum Constitutionum seriem, commendamus quod deinceps socii priorum summam omnium bonorum suorum conventuum pecuniarum reddituum et fructuum secum deferant, quemadmodum nomina defunctorum et benefactorum, rationem etiam omnium sumptuum a tempore praecedentis capituli usque in alium, et hanc rationem difinitorio praesentent depositariorum nominibus subscriptam.

Tandem obsecramus praelatos omnes quod summa diligentia super grege sibi a Domino commisso vigilent, quod maxima diligentia procurent observantiam sacrarum constitutionum specialiterque commendamus illam, quae prohibet ne fratres lineis utantur ad carnes, continuoque ipsis fratribus tunicas laneas distribuant, ut absque aliqua apparenti excursione sanctissimam hanc legem servare possint. Specialiter / etiam aliam commendamus de non equitando, maxime cum ad Christi Evangelium praedicandum mittuntur, ut sic apostolorum vere appareant imitatores, neque aliter fiat nisi ex causa urgenti, sine qua, praelati dispensantes, non mediocriter, sed nimis puniantur.

83 quam: atque *R*
86 Barchinonam: Barchinoniam *R*
87 fol. 228r
88 diu: *interl. p. c. R* | Deo *B*
92 Ut: *interl. p.c. R* | Quo *B*
106 fol. 228v
108 vere: voce *B*

**9.** Ista sunt nomina defunctorum

Obiit Reverendissimus Pater noster Generalis frater Seraphinus Caballi in conventu Sancti Pauli Hispalensi, vir omni pietate, sanctitate et doctrina praeditus in festo Praesentationis Beatae Mariae praecedentis anni.

Ex conventu Segoviensi frater Petrus del Esquina, sacerdos et pater antiquus; frater Blasius de Aguiar, sacerdos et pater antiquus; frater Gundisalvus de Cuellar, Praedicator Generalis, sacerdos et pater antiquus; frater Andreas de Ribas, diachonus; frater Martinus de Vergara, laicus.

Ex conventu Palentino frater Ioannes de Rua, laicus

Ex conventu Zamorensi frater Petrus de Palencia, sacerdos et pater antiquus; frater Ioannes Ruiz de Gaona, sacerdos et pater antiquus; frater Ilefonsus de Pajares, laicus; frater Michael de Villalba, laicus.

Ex conventu Compostellano frater Bartholomaeus de Santiago, sacerdos et pater antiquus; / frater Alfonsus de Sancto Petro, sacerdos.

Ex conventu Toletano frater Ioannes de Torralba, Predicator Generalis, sacerdos et pater antiquus; frater Bernardinus de Plaza, sacerdos et pater antiquus; frater Didacus del Aguila, sacerdos et pater antiquus; frater Vincentius de Sancto Petro Martyre, laicus.

Ex conventu Salmanticensi frater Michael de Sancta Maria, sacerdos et pater antiquus; frater Petrus de Sancta Maria, sacerdos et pater antiquus; frater Ioannes de Olmedo, sacerdos et pater antiquus; frater Didacus Ramirez, Praedicator Generalis, sacerdos et pater antiquus; frater Thomas de Melgar, Praedicator Generalis, sacerdos et pater antiquus; Frater Paulus Sorinus, sacerdos; frater Michael Guerrero, sacerdos; frater Bartholomaeus de Arano, diachonus; frater Ioannes Lozano, acolitus; frater Petrus de San Millan, laicus.

Ex conventu de Pamplona frater Ioannes Zamboray, sacerdos et pater antiquus; frater Petrus de Argandonna, sacerdos et pater antiquus; frater Santius de Sanguez, acolithus.

**9.**3 Hispalensi: Hispalensis *R* | Hispalensi *B*
4-5 Beatae-anni: Beatae praecedentis *B*
7 frater Blasius-antiquus: *om. B*
17 fol. 229r
29-30 frater Michael-diachonus: *om. B*
32 Zamboray: Zamboraym *B*
34 acolithus: acholitus *R* | acollitus *B*

Ex conventu Civitatensi frater Ioannes de Ledesma, sacerdos et pater antiquus.

Ex conventu Vallisoletano frater Thomas de Herrera, Praedicator Generalis, sacerdos et pater antiquus; frater Iordanus Bustillo, sacerdos et pater antiquus; frater Petrus de los Angeles, sacerdos et pater antiquus.

Ex conventu de Victoria frater Hieronymus de los Apóstoles, sacerdos et pater antiquus, et quidam donatus.

Ex conventu Taurensi frater Blasius de Sancta Maria, laicus.

/ Ex conventu de Rivadabia frater Ioannes de la Magdalena, sacerdos.

Ex conventu de Sancta Martha frater Dominicus Perez, sacerdos et pater antiquus.

Ex conventu de Lugo frater Dominicus de Sancto Ioanne, sacerdos et pater antiquus.

Ex conventu de Peñafiel frater Bartholomaeus Valissa, sacerdos.

Ex conventu de Pontevedra frater Ioannes de Sancta Maria laicus; frater Alvarus Prieto, sacerdos et pater antiquus.

Ex conventu de Sangüesa frater Ioannes de Zabalza, sacerdos et pater antiquus; frater Ambrosius de la Puente, sacerdos et pater antiquus.

Ex conventu de Medina del Campo frater Blasius de Aguilar, sacerdos et pater antiquus.

Ex conventu de Nieva frater Ioannes de la Magdalena, sacerdos; frater Petrus de Villacis, sacerdos et pater antiquus; frater Ioannes Cos, sacerdos; frater Ioannes Martinez, diaconus.

Ex conventu de Villalon frater Didacus de Aguilar, sacerdos et pater antiquus; frater Franciscus de Sanctis, sacerdos.

Ex conventu de Huete frater Hieronymus de Ayala, sacerdos et pater antiquus.

Ex conventu de Sancto Iuliano frater Ferdinandus de Lorenzana, sacerdos et pater antiquus.

Ex conventu de Logroño frater Gregorius Delgado, sacerdos.

35 Civitatensi: de Ciudad Rodrigo *B*
41 Hieronymus: Ioannes *B*
42 et[2]: *om. B*
43 Taurensi: Thaurensi *B*
44 fol. 229v
50 Valissa: Valisa *B*
53 Zabalza: Zabanza *B*

Ex conventu de Valencia frater Antonius de Castro, sacerdos, et unus novitius.

Ex conventu de Tordesillas frater Petrus de Orozco, laicus.

Ex conventu de la Peña de Francia frater Andreas Martinez, laicus, et quidam donatus.

Ex conventu de Sancto Petro de las Dueñas frater Ludovicus de Chaves, sacerdos.

/ Ex conventu de Palacios frater Ioannes de Valdevieso, Praedicator Generalis et Prior conventus, sacerdos et pater antiquus; frater Gregorius de Soto, laicus; frater Ioannes de Sancto Paulo, laicus.

Ex conventu de Trugillo frater Didacus Serrano, sacerdos et pater antiquus; frater Bartholomaeus de Sancto Dominico, laicus, et quidam donatus.

Ex conventu de Plasencia frater Ioannes de Espinosa, sacerdos et pater antiquus.

Ex conventu de Piedrahita frater Ioannes de Sancta Maria, laicus.

Ex conventu Abulensi frater Bartholomaeus Flores, sacerdos et pater antiquus; frater Ferdinandus Brasa, laicus.

Ex conventu de Sant Felices frater Antonius de la Peña, sacerdos, et quidam novitius,

Ex Collegio Vallisoletano frater Antonius de Sancto Ioanne, laicus.

Ex conventu de la Vera frater Paschalis de Sancta Maria, laicus; frater Ferdinandus de Sancto Martino, laicus, et quidam donatus.

Ex conventu de Guadalajara frater Alfonsus de Sancta Maria, laicus.

Ex conventu de Mombeltran frater Lucas Vazquez, sacerdos et pater aniquus.

Ex conventu de Talavera frater Ioannes Gutierrez, sacerdos et pater antiquus.

Ex conventu de Caceres frater Petrus Yuste, sacerdos; frater Thomas de Sancto Augustino, laicus; frater Ioannes Lazcano, laicus.

69 unus: quidam *B*
75 fol. 230r || Valdevieso: Valdivieso *B*
92 Paschalis: Paschasius *B*
93 frater Ferdinandus-donatus: *om. B*
99 et pater antiquus: *om. B*

Ex conventu de Madrid frater Andreas Lopez, sacerdos et pater antiquus; frater Ioannes Zapata, sacerdos et pater antiquus; frater Ioannes Ortiz, sacerdos; frater Hieronymus de Tapia, sacerdos.

Ex conventu de Ocaña frater Didacus de Sancto / Iustino, sacerdos et pater antiquus; frater Gabriel de Sancto Dominico, subdiaconus; frater Vincentius Cano, sacerdos et pater antiquus.

Ex convetu de Quenca frater Hieronymus de Oviedo, sacerdos et pater antiquus; frater Alfonsus de Nieva, sacerdos et pater antiquus; frater Francicus de Vinuesa, sacerdos et pater antiquus.

Ex Collegio Complutensi frater Stephanus de los Angeles, Rector eiusdem collegii, Praedicator Generalis, sacerdos et pater antiquus.

Ex conventu de Galisteo frater Didacus de Resurrectione, sacerdos et pater antiquus.

Ex conventu de Carrion frater Alfonsus Valdes, sacerdos.

Ex conventu de Aranda frater Ioannes de Ortega, sacerdos et pater antiquus, frater Thomas de Alago, Magister Provinciae Aragoniae, obiit in eodem conventu.

Ex conventu de Alcala frater Petrus Barroso, sacerdos et pater antiquus; frater Michael de Urbina, iuvenis.

Ex conventu de Panton frater Thomas de Arevalo, laicus.

Ex conventu de Merida frater Hieronymus de Peralta, laicus.

Ex conventu de Cisneros frater Michael de Villafuerte, sacerdos.

### **10.** Suffragia pro vivis

Pro Sanctissimo Papa Gregorio 13º et pro felicissimo statu Sanctae matris Ecclesiae Romanae quilibet sacerdos unam missam.

Pro Catholico et invictissimo rege nostro Filippo, / praeter quotidianas preces, quas in singulis conventibus fieri mandamus, et pro Catholica Magestate Reginae nostrae et pro Serenissimis principibus cum prole regia, quilibet sacerdos unam missam.

103 frater[2]: et *antep. B*
104 sacerdos: *om. B*
105 fol. 230v || Sancto Iustino: *interl. p. c. R* | sant Diego *B*
108 Quenca: *interl. p. c. R*
114 et pater antiquus: *om. B*

**10.**4 fol. 231r
6 Magestate: *interl. p. c. R*

Pro Illustrissimo Archiepiscopo Burgensi, pro admodum illustribus et Reverendissimis episcopis de Calahorra et de Pamplona et pto Illustrissimis Condestable de Castilla, Duce de Osuna, Comite de Benavente et pro admodum illustri civitate Victoriensi, quae summo affectu sua praesentia, magnis eleemosynis et aliis suis bonis capitulum nostrum illustravit, et pro admodum illustri domino domino Frances de Alava, et pro magnifico doctore Arratia, qui omnes amplas eleemosynas sunt elargiti nostro capitulo, quilibet sacerdos una missam.

## **11.** Suffragia pro defunctis

Pro reverendissimo et piissimo Patre nostro Seraphino Cavalli, qui sua praesentia et in morte et in vita provintias Hispaniae decoravit et ingentis voluntatis ardore earum incrementa optavit, quilibet sacerdos unam missam.

/ Pro fratribus et sororibus defunctis in nostra Provincia a praecedenti capitulo usque in hoc, et pro aliis benefactoribus nostris, quilibet sacerdos unam missam.

## **12.** [Ultimae determinationes]

Concedit admodum Reverendus Pater noster Provintialis omnibus fratribus et sororibus nostrae Provintiae quod semel tantum eligere valeant confessorem, alias expositum et approbatum, a quo de praeteritis culpis et censuris, in quas usque ad notitiam praesentium incurrerunt absolvi possint sicut ab ipsomet Patre nostro Provintiali.

Mandamus in virtute Spiritus Sancti et sanctae obedientiae sub praecepto formali omnibus sociis conventuum atque praesidentibus non habentibus socium ut acta huius capituli fideliter scribant, et nostris nominibus subscripta ad suos conventus deferant. Praecipientes omnibus praesidentibus conventuum et

13 illustravit: *add. verba cancellata R* || et: *om. B*

**11.**6 fol. 231v

**12.**1 [Ultimae determinationes]: *om. R B*
3 nostrae Provinciae: *om. B*
10 socium: socios *B*

domorum ut tam Constitutiones nostras quam acta capituli generalis et provintialis, quam ordinationes visitationum, bis in anno publice legi faciant.

Sententias iudicum approbamus, et sequens capitulum assignamus conventui Sancti Dominici de Ocaña, celebrandum dominica *Deus qui errantibus* anni 1581.

/ Auctoritatem nostram reservamus usque ad tertiam feriam inclusive. Et deinceps eam committimus admodum reverendo Patri nostro Provinciali.

**13.** [Subscriptiones autographae]

Frater Stephanus Coello, Prior Provintialis
Fray Juan de Porres, diffinitor
Fray Domingo de Ulloa, diffinitor
Fray Bernardo de Lerma, diffinitor
Frater Thomas de Guzman, diffinitor.

14 bis: vis *B*
19 fol. 232r
21 Patri: Patre *R*

**13.**1 [Subscriptiones autographae]: *hunc titulum om. R B*